usterciis ascenderātqꝫ cū
eis in castris: reuersi sunt
ut essent cū isrl'. qui erāt
cū saul et ionathan. Oēs
quoqꝫ israhelite qui se abscō-
derant in monte ephraim.
audiētes qd̄ fugissent phi-
listijm: sociauerūt se cum
suis in prelio. Et saluauit
dn̄s in die illa isrl'. Pugna

aut̄ p̄uenit vsq3 bethauen:
et vir isrl' sociatus est sibi
in die illa. Adiurauit aut̄
saul p̄plm̄ dicens. Male-
dictus vir qui comederit pa-
nem vsq3 ad vesperā: donec
vlciscar de inimicis meis. Et
nō manducauit vniuersus
p̄plus panē. Omn̄isq3 terre
vulgus venit in saltū: in
quo erat mel sup faciē a-
gri. Ingressus est itaq3 po-
pulus saltū: et apparuit
fluens mel: nullusq3 ap-
plicuit manū ad os suū.
Timebat enī p̄plus iura-
mentū. Porro ionathan
nō audierat cū adiuraret
pater eius p̄plm̄. Extendit-
q3 summitatē virgule quā
habebat in manu et intinx-
it in fauo mellis: et cōuer-
tit manū suā ad os suū:
et illuminati sūt oculi eius.
Respondēsq3 vnus de p̄plo
ait. Iureiurādo cōstrinxit
pater tuus p̄plm̄ dicens.
Maledictus qui comederit
panē hodie. Defecerat aut̄
p̄plus. Dixitq3 ionathan.
Turbauit pater meus t̄rā.
Vidistis ipsi quia illumina-
ti sūt oculi mei eo qd̄ gusta-
uerim paululū de melle is-
to: quāto magis si comedis-
set p̄plus de preda inimicorū
suorū quā reperit: Nōne
maior fuisset plaga in phi-
listijm: Percusserūt ergo in
die illa philisteos: a mach-
mis vsq3 in ahyalon. De-
fatigatus est aut̄ populus
nimis: et versus ad predā
tulit oues et boues et vitu-
los. et mactauerūt in t̄ra:
comeditq3 p̄plus cū sangui-
ne. Nūciauerūt aut̄ saul
dicentes: qd̄ p̄plus peccas-
set dn̄o comedens cū san-
guine. Qui ait. Preuarica-
ti estis. Voluite ad me iā
nūc saxū grande. Et dixit
saul. Dispergimini in vul-
gus: et dicite eis vt addu-
cat ad me vnusquisq3 bo-
uē suū et arietē: et occidi-
te sup illud et vescimini: et
nō peccabitis dn̄o comedē-

tes cū sanguine. Adduxit ita
q; omnis ppłs unusquisq;
bouē in manu sua usq; ad
noctē: et occiderūt ibi. Edifi
cauit aūt saul altare dño.
Tuncq; primū cepit edificare
altare dñi. Et dixit saul. Ir
ruamus sup philistijm noc
te: et uastemus eos usq; dū
illucescat mane: nec relinq
mus de eis uirū. Dixitq; po
pulus. Omne qđ bonū uide
tur in oculis tuis fac. Et
ait sacerdos. Accedamus huc
ad deū. Et cōsuluit saul deū
dicens. Num psequar phi
listijm. si trades eos in ma
nus isrł? Et nō respondit
ei in die illa. Dixitq; saul.
Applicate huc uniuersos an
gulos ppłi: et scitote et uide
te per quē acciderit pctm
hoc hodie. Viuit dñs salua
tor isrł: quia si p ionathā
filiū meū factū est absq; re
tractatione morietr. Ad quod
nullus cōtradixit ei de om
ni pplo. Et ait ad uniusū
isrł. Separamini uos i par
tem unā: et ego cū ionatha
filio meo ero in parte una.
Responditq; ppłs ad saul.
Quod bonū uidetur in ocu
lis tuis fac. Et dixit saul
ad dñm. Dñe deus isrł da
indiciū. Et deprehensus est io
nathan et saul: pplus aūt
exiuit. Et ait saul. Mittite
sortem inter me et inter
ionathan filiū meū. Et
captus est ionathas. Dixit
aūt saul ad ionathan. In
dica michi quid feceris. Et
indicauit ei ionathan: et
ait. Gustans gustaui in
sūmitate uirge que erat in
manu mea paululū mellis:
et ecce ego morior. Et ait sa
ul. Hec faciat michi deus
et hec addat: quia morte mo
rieris ionathan. Dixitq; po
pulus ad saul. Ergo ne io
nathan morietr: qui fecit
salutē hanc magnā in is
raël? Hoc nephas est. Vi
uit dñs si ceciderit capillus
de capite eius in terrā: quia
cū deo operatus est hodie.

liberauit ergo populus iona-
than: ut non moreretur. Reces-
sitque saul: nec persecutus est
philistiim. Porro philistiim
abierunt in loca sua. At sa-
ul confirmato regno super israel
pugnabat per circuitum ad-
uersum omnes inimicos eius:
contra moab et filios amon
et edom et reges suba et phi-
listeos: et quocumque se uerte-
rat superabat. Congregato-
que exercitu percussit amalech:
et eruit israel de manu uasta-
torum eius. Fuerunt autem filii
saul. ionathan et iesui et
melchisua. Nomina duarum
filiarum eius. nomen primo-
genite merab: et nomen mi-
noris michol. Et nomen
uxoris saul achinoem: fili-
a achimaas. Et nomina prin-
cipum milicie eius abner fi-
lius ner: patruelis saul.
Porro cis fuerat pater saul:
et ner pater abner filius a-
biel. Erat autem bellum potens
aduersum philisteos: omnibus
diebus saul. Nam quemcum-
que uiderat saul uirum fortem
et aptum ad prelium: sociabat
eum sibi. Capitulum xv.

ET dixit samuhel
ad saul. Me misit
dominus: ut ungerem te
in regem super populum eius israel.
Nunc ergo audi uocem domini.
Hec dicit dominus exercituum. Re-
censui quecumque fecit amalech
israeli: quomodo restitit ei in
uia cum ascenderet de egypto.
Nunc ergo uade et percute a-
malech: et demolire uniuersa
eius. Non parcas ei: sed in-
terfice a uiro usque ad mulie-
rem: et paruulum atque lacten-
tem bouem et ouem camelum et
asinum. Precepit itaque saul
populo: et recensuit eos quasi
agnos ducenta milia pedi-
tum. et decem milia uirorum iu-
da. Cumque uenisset saul usque
ad ciuitatem amalech: teten-
dit insidias in torrente. Dixitque
saul cyneo. Abite recedite at-
que discedite ab amalech: ne
forte inuoluam te cum eo. Tu enim
fecisti misericordiam cum omnibus

filiis isrl: cū ascenderēt de egip
to. Et recessit cyneus de me
dio amalech. Percussitq̄ saul
amalech ab euila donec ve
nit assur: que est e regione
egipti. Et apprehendit agag
regē amalech vivū: omne
aūt vulgus īterfecit in ore
gladii. Et pepercit saul et
populus agag et optimis gre
gibus oviū et armentorū.
et vestibꝫ et arietibꝫ et uni
versis que pulchra erant:
nec voluerūt disperdere ea.
Quicquid vero vile fuit et re
probū: hoc demoliti sunt.
Factū est autē verbū dñi
ad samuhel dicens. Peni
tet me qđ cōstituerī saul re
gem: quia dereliquit me.
et verba mea opere nō im
plevit. Cōtristatusq̄ ē sa
muhel: et clamavit ad do
minū tota nocte. Cūq̄ de
nocte surrexisset samuhel
ut iret ad saul mane: nū
ciatū est samuheli eo qđ
venisset saul in carmelū.
et erexisset ibi fornicē triū

phalē: et reversus transis
set descendissetq̄ in galga
la. Venit ergo samuhel ad
saul: et dixit ei saul. Bene
dictus tu dño: īplevi ver
bū dñi. Dixitq̄ samuhel.
Et que est hec vox gregū
que resonat in auribꝫ me
is? et armentorū quā ego
audio? Et ait saul. De a
malech adduxerūt ea. Pe
percit enī populus melioribꝫ
ovibus et armentis. ut im
molarentur dño deo tuo: re
liqua vero occidimus. Ait
aūt samuhel ad saul. Si
ne me: et īdicabo tibi que
locutus sit dñs ad me noc
te. Dixitq̄ ei. Loq̄re. Et ait
samuhel. Nōne cū parvu
lus esses in oculis tuis? ca
put in tribubꝫ israel factus
es? Unxitq̄ te dñs in regē
sup isrl: et misit te dñs in
via et ait. Vade et īterfice
peccatores amalech: et pug
nabis contra eos usq̄ ad in
ternetionē eorū. Quare er
go nō audisti vocē dñi: sed

versus ad predā es et fecisti
malū in oculis dn̄i? Et ait
saul ad samuhelē. Immo
audiui vocē dn̄i: et ambu
laui in via per quā misit
me dn̄s: et adduxi agag re
gē amalech. et amalech inter
feci. Tulit aūt pplus de pda
oues et boues primicias eorū
que cesa sūt: ut immolet dn̄o
deo suo in galgalis. Et ait
samuhel. Nūquid vult dn̄s
holocausta et victimas? et
nō potius ut obediatur vo
ci dn̄i? Melior est enī obedi
entia q̄ victime: et auscul
tare magis q̄ offerre adipē
arietū. q̄m quasi pctm ari
olandi est repugnare: et q̄si
scelus ydolatrie nolle acquies
cere. Pro eo ergo qđ abiecis
ti sermonē dn̄i: abiecit te
dn̄s ne sis rex. Dixitq; saul
ad samuhelē. Peccaui q̄a
puaricatus sū sermonē dn̄i
et verba tua: timens pplm
et obediens voci eorū. Sed
nūc porta queso pctm meū:
et reuertere mecū ut adorem

dn̄m. Et ait samuhel ad sa
ul. Nō reuertar tecū: quia
piecisti sermonē dn̄i: et pie
cit te dn̄s ne sis rex sup isrl.
Et cōuersus est samuhel ut
abiret. Ille aūt apprehēdit
sūmitatē pallij eius: que
scissa est. Et ait ad eū sa
muhel. Scidit dn̄s regnū is
rael a te hodie: et tradidit
illud primo tuo meliori te.
Porro triūphator in isrl nō
parcet: et penitudine non
flectet. Neq; enī homo est
ut agat penitentiā. At ille
ait. Peccaui. Sed nūc ho
nora me corā senioribus
ppli mei et corā isrl: et reu
tere mecū ut adorē dn̄m deū
tuū. Reuersus ergo samuhel
secutus est saulē: et adora
uit saul dn̄m. Dixitq; sa
muhel. Adducite ad me a
gag regē amalech. Et obla
tus ē ei agag pinguissimus. Et dixit
agag. Sicine separat amara
mors? Et ait samuhel. Sicut fecit
absq; liberis mulieres gla
dius tuus: sic absq; liberis

erit inter mulieres mater tu-
a. Et in frusta cōcidit eū sa
muhel corā dn̄o in galgal.
Abyt aūt samuhel in rama
tha: saul vero ascendit in
domū suā in gabaath. Et
nō vidit samuhel ultra sa
ul: usqȝ ad diem mortis su
e. Verūptamē lugebat sa
muhel saul: q̄ȝ dn̄m peni
tebat q̄d cōstituisset regē
saul sup isrl̄. Capl̄m xvi.

Dixitqȝ dn̄s ad sa
muhel. Usqȝquo
tu luges saul. cū
ego piecerim eū ne regnet
sup isrl̄? Imple cornu tuū
oleo: et veni ut mittā te ad
ysai bethleemitē. Puidi
eñ in filÿs eius michi regē.
Et ait samuhel. Quomō
vadā? Audiet eñ saul: et i
terficiet me. Et ait dn̄s. Vi
tulū de armento tolles in
manu tua: et dices. Ad im
molandū dn̄o veni. Et vo
cabis ysai ad victimā: et
ego ostendā tibi quid faci
as: et unges quēcūqȝ mōstr-
uero tibi. Fecit ergo samu
hel sicut locutus est ei dn̄s.
Venitqȝ in bethleem: et ad
mirati sūt seniores ciuitatis
occurrētes ei. Dixeruntqȝ. Pa
cificus ne īgressus tuus? Et
ait. Pacificus. Ad īmolā
dū dn̄o veni. Sanctifica
mī: et venite mecū ut īmo
lem. Sanctificauit ergo y
sai et filios eius: et vocauit
eos ad sacrificiū. Cumqȝ in
gressi essent: vidit elyab et
ait. Nū corā dn̄o est xp̄c
ius? Et dixit dn̄s ad samu
hel. Ne respicias vultū eius
neqȝ altitudinē staturē eius:
q̄m abieci eū: nec iuxta in
tuitū hoīs iudico. Homo
eū videt ea que parent: do
minus aūt ītuetur cor. Et
vocauit ysai aminadab:
et adduxit eū corā samu
hel. Qui dixit. Nec hūc ele
git dn̄s. Adduxit aūt ysai
sammā. De quo ait. Eti
am hūc nō elegit dn̄s. Ad
duxit itaqȝ ysai septē fili
os suos corā samuhel. Et

ait samuhel ad ysai. Nō
elegit dn̄s ex istis. Dixitq;
samuhel ad ysai. Nūqd
iam cōplen sūt filij? Qui
respondit. Adhuc reliquus
est paruulus: et pascit o
ues. Et ait samuhel ad y
sai. Mitte et adduc eū. Nec
eū discūbemus: priusqm
ille huc veniat. Misit ergo
et adduxit eū. Erat autē
rufus et pulcher aspectu:
decoraq; facie. Et ait dn̄s.
Surge vnge eū. Ipse est eni.
Tulit igit samuhel cornu
olei: et vnxit eū in medio
fratrū eius. Et directus est
spūs dn̄i in dauid: a die
illa et in reliquū. Surgēs
q; samuhel abijt in rama
tha. Spiritus aūt dn̄i re
cessit a saul: et exagitabat
eū spūs neqm a dn̄o. Dixe
runtq; serui saul ad eū. Ecce
spūs dei malus exagitat te.
Iubeat dn̄s nr̄ et serui tu
i qui coram te sūt querēt
hominē scientē psallē cy
thara: ut qn̄do arripuerit

te spūs dei malus. psallat
manu sua. et leuius feras.
Et ait saul ad seruos suos.
Puidete michi aliquē bene
psallentē: et adducite eū
ad me. Et respondēs vnus
de pueris ait. Ecce vidi filiū
ysai bethleemitē. scientē psal
lere et fortissimū robore. et
virū bellicosū. et prudentē
in verbis. et virū pulchrū:
et dn̄s est cū eo. Misit ergo
saul nūcios ad ysai dicēs
Mitte ad me dauid filiū
tuū: qui est in pascuis. Tu
lit itaq; ysai asinū plenū
panib; et lagenā vini. et
edū de capris vnū: et misit
per manū dauid filij sui sa
ul. Et venit dauid ad sa
ul: et stetit corā eo. At ille
dilexit eū nimis: et factus
est eius armiger. Misitq;
saul ad ysai dicens. Stet
dauid in cōspectu meo: in
uenit eū graciā in oculis
meis. Igitur qn̄documq; spūs
dei malus arripiebat saul.
tollebat dauid cytharā et

paciebat manum suā: et re
focillabatur et levius habe
bat. Recedebat eū ab eo
spiritus malus. Capl' xvij.
Congregātes vero
philistijm agmīa
sua in preliū. con
venerūt in soccho iude: et
castra metati sūt inter soc
cho et azecha in finib; dom
mim. Porro saul et viri isrl'
cōgregati venerūt in vallē
therebinti: et direxerūt aciē
ad pugnandū cont' phi
listijm. Et philistijm sta
bant sup montē ex hac par
te. et isrl' stabat sup montē
ex altera parte: vallisq; erat
inter eos. Et egressus ē vir
spurius de castris philistino
rū nomīe goliat de geth al
titudinis sex cubitorū et pal
mo: et cassis erea sup cap'
eius: et lorica hamata in
duebatur. Porro pondus
lorice eius quīq; milia sclo
rū eris: et ocreas ereas ha
bat in crurib;: et clipeus e
reus tegebat humeros eius.

Hastile aūt haste eius: erat
quasi liciatoriū texentiū.
Ipsum aūt ferrū haste eius
sexcentos siclos habebat fer
ri: et armiger eius antecede
bat eū. Stansq; clamabat
adversus phalangas isrl':
et dicebat eis. Qre venistis
parati ad preliū? Nūquid
ego nō sum philisteus? et
vos servi saul? Eligite ex vo
bis virū: et descendat ad sin
gulare certamē. Si quiue
rit pugnare mecū et percus
serit me: erimus vobis servi.
Si aūt ego pvaluero et p
cussero eū: vos servi eritis
et servietis nobis. Et aiebat
philisteus. Ego exprobravi
agmīnibus israelis hodie.
Date michi virū: et ineat
mecū singulare certamen.
Audiens aūt saul et omēs
viri isrlite sermones philis
tei huiuscemodi: stupebāt
et metuebāt nimis. David
aūt erat filius viri ephra
tei de quo sup' dictū est de
bethleem iuda. cui erat no

men ysai qui habebat oc-
to filios: et erat vir in dieb3
saul senex et grandevus int'
viros. Abierunt aūt tres filij
eius maiores post saul in
preliū. Et nomina triū filio-
rū eius qui processerat ad bel-
lū. Heliab p̄mogenitus:
et secundus aminadab: terci-
us q3 samma. David aūt erat
minimus. Tribus ergo maio-
rib3 secutis saulē abijt da-
uid et reversus est a saul:
ut pasceret gregē p̄ris sui ī
bethleem. Procedebat vero phi-
listeus mane et vespere: et
stabat q̄draginta diebus
Dixit aūt ysai ad david
filiū suū. Accipe fratribus
tuis ephi polenta et decē
panes istos: et curre in ca-
stra ad fr̄es tuos. et decem
formellas casei has deferes
ad tribunū: et fr̄es tuos
visitabis si recte agant: et
cū quib3 ordinati sint disc-
e. Saul aūt et illi omnes
filij isr̄l in valle therebin-
ti pugnabant adversū phi-

listijm. Surrexit itaq3 da-
uid mane. et commendavit
gregē custodi: et onustus
abijt sicut p̄ceperat ei ysai.
Et venit ad locū magala:
et ad exercitū qui egressus
ad pugnā vociferatus e-
rat in certamine. Direxerat
enim aciem isr̄l: sed et philis-
tijm ex adverso fuerant pre-
parati. Derelinquens ergo
david vasa que attulerat
sub manu custodis ad sar-
cinas. cucurrit ad locū cer-
taminis: et īterrogabat si
omnia recte agerent' erga
fr̄es suos. Cumq3 adhuc ille
loqueretur eis: apparuit vir
ille spurius ascendēs goli-
ath nomine philisteus de
geth. ex castris philistino-
rū. Et loquente eo hec eadē
verba: audivit david. Om-
nes aūt isr̄lite cū vidissent
virū: fugerunt a facie eius
timentes eū valde. Et dixit
unusquispiā de isr̄l. Num vi-
disti virū hunc qui ascendit?
Ad exprobrandū enim isr̄l

ascendit. Virū ergo qui pcusserit eū ditabit rex diuicijs magnis: et filiā suā dabit ei: et domū pris eius faciet absq; tributo in isrl. Et ait dauid ad viros qui secū stabant dicēs. Quid dabit viro qui pcusserit philisteū hūc. et tulerit obprobriū de isrl? Quis est enī hic philisteus incircūcisus: qui exprobrauit acies dei viuentis? Referebat aūt ei pplus eundem sermonē dicens. Hec dabitur viro qui pcusserit eū. Quod cū audisset helyab frater eius maior loquēte eo cū alijs: iratus est cōtra dauid. et ait. Quare venisti: et q̄re dereliquisti paucas oues illas in deserto? Ego noui supbiā tuā et nequiciā cordis tui: quia ut videres plū descendisti. Et dixit dauid. Quid feci? Nūquid nō verbū est? Et declinauit paululū ab eo ad aliū: dixitq; eundē sermonē. Et respondit ei pplus verbū sicut et prius. Audita sūt aūt verba que locutus est dauid: et annūciata in cōspectu saul. Ad quē cū fuisset adductus: locutus est ei. Non cōcidat cor cuiusq̄ in eo: ego seruus tuus vadā et pugnabo aduersū philisteū. Et ait saul ad dauid. Non vales resistere philisteo isti. nec pugnare aduersū eū quia puer es: hic aūt vir bellator ab adolescētia sua. Dixitq; dauid ad saul. Pascebat seruus tuus pris sui gregē: et veniebat leo vel vrsus tollebatq; arietē de medio gregis: et sequebar eos et pcutiebā: eruebāq; de ore eorū. Et illi cōsurgebāt aduersū me: et apphendebā mētū eorū et suffocabā interficiebāq; eos. Nā et leonē et vrsū interfeci ego seruus tuus. Erit igitur et philisteus hic incircūcisus q̄si vnus ex eis: qui ausus est maledicere

exercitū dei viuentis. Et a
it dauid. Dn̄s qui eruit
me de manu leonis. et de
manu vrsi: ipē liberabit
me de manu philistei hui⁹.
Dixit autē saul ad dauid.
Vade et dn̄s tecū sit. Et in
duit saul dauid vestimētis
suis: et īposuit galeā ereā
sup caput eius: et vestiuit
eū lorica. Accinctus ergo da
uid gladio eius sup vestem
suā: cepit temptare si arma
tus posset incedere. Non eī
habebat cōsuetudinē. Dixit
q3 dauid ad saul. Nō possū
sic incedē: quia nec vsū ha
beo. Et deposuit ea. Et tulit
baculū suū. quē semp ha
bebat in manib3: et elegit
sibi quīq3 līpidissīos lapides
de torrente: et misit eos in
perā pastoralē quā habe
bat secū: et fundā manu
tulit: et pcessit aduersus
philisteū. Ibat autē philiste
us īcedens et appropinquās
aduersū dauid: et armiger
eius ante eū. Cūq3 inspexis
set philisteus et vidisset da
uid: despexit eū. Erat enim
adolescens rufus et pulcher
aspectu. Et dixit philisteus
ad dauid. Nūquid ego canis
sū. qd' tu venis ad me cum
baculo? Et maledixit phi
listeus dauid in diis suis.
Dixitq3 ad dauid. Veni ad
me: et dabo carnes tuas vo
latilib3 celi et bestiis terre.
Dixit autē dauid ad philis
teū. Tu venis ad me cū gla
dio et hasta et clipeo: ego
autē venio ad te in nomine
dn̄i exercituū dei agminū
isrl'. quib3 exprobrasti hodi
e. Et dabit te dn̄s in manu
mea: et pcutiā te et auferā
caput tuū a te: et dabo ca
dauera castrorū philistijm
hodie volatilib3 celi et bes
tiis terre: ut sciat omīs ter
ra quia est dn̄s deus ī isrl':
et nouerit vniuersa ecclia
hec quia nō in gladio nec
in hasta saluat dn̄s. Ipsius
enī est bellū: et tradet vos
in manus nrās. Cū ergo

surrexisset philisteus et venī-
ret et appropinquaret contra da-
uid: festinauit dauid et cu-
currit ad pugnā ex aduerso
philistijm. Et misit manū
suā in perā: tulitque unū la-
pidē et funda iecit: et percus-
sit philisteū in fronte. Et in-
fixus est lapis in fronte eius:
et cecidit in faciē suā super ter-
rā. Preualuitque dauid aduer-
sū philisteū in funda et la-
pide: percussumque philisteū inter-
fecit. Cumque gladiū nō habe-
ret in manu dauid: cucur-
rit et stetit super philisteū:
et tulit gladiū eius et edux-
it de vagina sua et interfecit
eū: preciditque caput eius. Vi-
dentes autē philistijm quod
mortuus esset fortissimus
eorū: fugerūt. Et cōsurgē-
tes viri isrl et iuda vociferā-
ti sunt: et persecuti sunt philis-
teos usque dū venirēt in val-
lem et usque ad portas ac-
charon. Cecideruntque vulne-
rati de philistijm in via sa-
rim: et usque ad geth et usque
ad acharon. Et reuertentes fi-
lij isrl postquam persecuti fue-
rant philisteos: inuaserūt
castra eorū. Assumens autē
dauid caput philistei at-
tulit illud in ierlm: arma
vero eius posuit in taber-
naculo suo. Eo autē tempore
quo viderat saul dauid e-
gredientē contra philisteū:
ait ad abner principē mili-
tie. De qua stirpe descendit hic ado-
lescens abner. Dixitque abner.
Viuit aīa tua rex si noui.
Et ait rex. Interroga tu cuius
filius sit iste puer. Cumque re-
gressus esset dauid percusso
philisteo: tulit eū abner
et introduxit corā saul ca-
put philistei habentē in
manu. Et ait ad eū saul.
De qua progenie es o adoles-
cens? Dixitque dauid. Filius
serui tui ysai bethleemite
ego sum. Capitulum xviij.

ET factū est cū com-
plesset loqui ad
saul. anima iona-
than colligata est anime da-

uid: et dilexit eũ ionathan
quasi aĩam suã. Tulitq;
eũ saul in die illa: et non
cõcessit ei ut reuerteretur in
domũ pr̄is sui. Inierũt aũt
ionathã et dauid fedus.
Diligebat enĩ eũ quasi aĩ
mã suã. Nã expoliauit se
ionathan tunica qua erat
uestitus et dedit eã dauid:
et reliq̃ uestimẽta sua usq;
ad gladiũ et arcũ suũ et us
q; ad balteũ. Egrediebatur quoq; da
uid ad oĩa quecũq; mi
sisset eũ saul: et prudenter
se agebat. Posuitq; eũ sa
ul sup uiros belli: et accep
tus erat in oculis uniuersi
p̄pli: maximeq; in cõspec
tu famulorũ saul. Porro
cũ reuerteretur percusso philis
teo dauid: egresse sũt mu
lieres de uniuersis urbibus
isrl̄. cantãtes choros q; du
centes in occursũ saul re
gis. in tympanis leticie et
in sistris. et p̄cinebant mulie
res ludẽtes atq; dicebant.
Percussit saul mille: et da
uid decẽ milia. Iratus ẽ aũt
saul nimis: et displicuit
in oculis eius iste sermo.
Dixitq;. Dederũt dauid decẽ
milia: et michi dederũt mil
le. Quid ei superest nisi solũ
regnũ? Nõ rectis ergo ocul'
saul aspiciebat dauid: a
die illa et deinceps. Post
diẽ aũt alterã inuasit sp̄us
dei mal' saul: et p̄phetauit ĩ
medio domus sue. Dauid
aũt psallebat manu sua:
sicut per singulos dies. Te
nebatq; saul lanceã et mi
sit eã: putans qđ cõfigere
posset dauid cũ pariete. Et
declinauit dauid a facie ei'
secũdo. Et timuit saul da
uid: eo qđ esset dñs cũ eo.
et a se recessisset. Amouit
ergo eũ saul a se: et fecit eũ
tribunũ sup mille uiros.
Et egrediebatur et ĩtrabat
in cõspectu p̄pli. In omnib;
quoq; uijs suis dauid pru
denter agebat: et dñs erat
cũ eo. Vidit itaq; saul qđ
prudens esset nimis: et cepit

tauerat eũ. Omnis aũt isrl' et
iuda diligebat dauid: ipse
eñi ingrediebat̃ et egredie-
batur ante eos. Dixit aũt
saul ad dauid. Ecce filia
mea maior merob ipsam
dabo tibi vxorẽ: tantũmo-
do esto vir fortis et p̃liare
bella dñi. Saul aũt repu-
tabat dicens. Nõ sit man⁹
mea in eo: sed sit sup eũ ma-
nus philistinorũ. Ait aũt
dauid ad saul. Quis ego
sũ aut que est vita mea aut
cognatio p̃ris mei in isrl'
ut fiam gener regis? Factũ
est aũt tempus cũ deberet
dari merob filia saul dauid:
data est hadriel molathite
vxor. Dilexit aũt michol fi-
liã saul alterã dauid: et nũ-
ciatũ est saul et placuit ei.
Dixitq; saul. Dabo eã illi.
ut fiat ei in scandalũ: et sit
sup eũ manus philistinorũ
Dixit ergo saul ad dauid.
In duabus rebus gener me⁹
eris hodie. Et mãdauit sa-
ul seruis suis. Loquimini ad
dauid clam me dicẽtes. Ecce
places regi: et omnes serui
eius diligunt te. Nunc ergo
esto gener regis. Et locuti
sunt serui saul in aurib; da-
uid omnia verba hec. Et a-
it dauid. Num parũ vob
videtur generũ esse regis?
Ego aũt sũ vir pauper et
tenuis. Et renunciauerunt
serui saul dicẽtes. Huiusce-
modi verba locutus est da-
uid. Dixit aũt saul. Sic lo-
quimini ad dauid. Nõ habet
necesse rex sponsalia. nisi
tantũ centũ p̃putia philis-
tinorũ: ut fiat vltio de in-
imicis regis. Porro saul co-
gitabat tradẽ dauid in ma-
nib; philistinorũ. Cũq; re-
nũciassent serui eius dauid
verba que dixerat: placu-
it sermo in oculis dauid ut
fieret gener regis. Et post
dies paucos surgẽs dauid
abiit cũ viris qui cũ eo e-
rant: et percussit ex philisti-
im ducẽtos viros: et attulit
p̃putia eorũ: et annumera-

uit ea regi. ut esset gener e-
ius. Dedit itaq; ei saul my-
chol filiã suã uxorẽ. Et vi-
dit saul: et itellexit q̄a dñs
esset cũ dauid. Michol autẽ
filia saul diligebat eũ: et
saul magis cepit timere da-
uid. Factus q; est saul inimi-
cus dauid cunctis dieb;. Et
regressi sũt principes philis-
tinorũ. A principio autẽ e-
gressionis eorũ prudentius
se gerebat dauid q̄m omnes
serui saul: et celebre factũ
est nomẽ eius nimis. Capl'

Locutus est xix.
autẽ saul ad io-
nathan filiũ su-
um et ad omnes seruos su-
os: ut occideret dauid. Por-
ro ionathan filius saul di-
ligebat valde dauid. Et in-
dicauit ionathan dauid
dicens. Querit saul pater
meus occidere te. Quaprop-
ter obserua te queso mane:
et manebis clam et abscõ-
deris. Ego autẽ ingrediens
stabo iuxta patrẽ meũ in
agro ubicumq; fueris: et e-
go loquar de te ad patrẽ
meũ: et quodcumq; videro nũ-
ciabo tibi. Locutus est autẽ
ionathas de dauid bona
ad saul patrem suũ. Dixitq;
ad eũ. Ne pecces rex in ser-
uũ tuũ dauid: quia non
peccauit tibi. et opera eius
bona sũt valde tibi. Et po-
suit animam suã in manu
sua et percussit philisteũ: et
fecit dñs salutẽ magnã
in uniuerso israel. Vidis-
ti et letatus es. Quare er-
go peccas in sanguine in-
noxio: interficiens dauid q̄
est absq; culpa? Quod cũ
audisset saul: placatus
voce ionathe iurauit. Vi-
uit dñs: quia nõ occidet.
Vocauit itaq; ionathan
dauid: et indicauit ei omni-
a verba hec. Et introduxit
ionathas dauid ad saul:
et fuit ante eũ sicut fuit
heri et nudiustercius. Mo-
tũ est autẽ rursũ bellũ: et
egressus dauid pugnauit

aduersũ philistijm. Percus-
sitq; eos plaga magna: et
fugerũt a facie eius. Et fac-
tus est spũs dñi malus in
saul. Sedebat aũt in domo
sua: et tenebat lanceã. Por-
ro dauid psallebat in ma-
nu sua. Nisus q; est saul
cõfigere lancea dauid in pa-
riete. Et declinauit dauid
a facie saul. Lancea autẽ
casso vulnere plata est in
pariete. Et dauid fugit et
saluatus est nocte illa. Mi-
sit ergo saul satellites suos
in domũ dauid ut custodi-
rent eũ: et interficeret mane.
Quod cũ annũciasset da-
uid michol vxor sua dicẽs.
nisi saluaueris te nocte
hac: cras morieris: deposu-
it eũ per fenestrã. Porro
ille abijt et aufugit: atq;
saluatus est. Tulit autẽ
michol statuã: et posuit
eã sup lectũ. et pellẽ pilo-
sam caprarũ. posuitq; ad
caput eius: et operuit eã
vestimẽtis. Misit autẽ saul
apparitores qui raperent
dauid: et responsũ est qđ
egrotaret. Rursũq; misit
saul nũcios ut viderent da-
uid dicens. Afferte eũ ad me
in lecto: ut occidatur. Cũq;
venissẽt nũcij: inuentũ est
simulachrũ sup lectũ. et
pellis caprarũ ad caput
eius. Dixitq; saul ad mi-
chol. Quare sic illusisti
michi: et dimisisti inimicũ
meũ ut fugeret? Et respõ-
dit michol ad saul. Quia
ipse locutus est michi. Di-
mitte me: alioquĩ interfi-
ciã te. Dauid aũt fugiẽs
saluatus est. Et venit ad
samuhel in ramatha: et
nũciauit ei omĩa que fece-
rat sibi saul. Et abierũt
ipse et samuhel: et morati
sũt in naioth. Nũciatũ
est aũt saul a dicentibꝫ.
Ecce dauid in naioth in
ramatha. Misit ergo sa-
ul lictores ut raperẽt da-
uid. Qui cũ vidissent cu-
neũ ꝓphetarũ vaticinãtiũ

et samuhel stantē sup eos:
factus est etiā in illis sp̄us
dn̄i: et pphetare ceperūt etiā
ipsi. Quod cū nūciatū esset
sauli: misit alios nūcios.
Pphetauerūt aūt et illi. Et
rursū saul misit tercios nū-
cios: qui et ipi pphetauerūt.
Abijt aūt etiā ipē in rama-
tha. et venit usq3 ad cister-
nā magnā que est in soc-
choth: et īterrogauit et dix-
it. In quo loco sūt samuhel
et dauid? Dictūq3 est ei. Ecce
in naioth sūt in ramatha.
Et abijt in naioth in ra-
matha. Et factus est etiā
sup eū sp̄us dei: et ābula-
bat ingrediēs et pphetabat
usq3 dū veniret in naioth
in ramā. Et expoliauit se
etiā ipē vestimētis suis: et
pphetauit cū ceteris corā sa-
muhel: et cecinit nud⁹ tota
die illa et nocte. Unde et exi-
uit puerbiū. Nū et saul in-
ter pphetas? xx.
Fugit aūt dauid
de naioth que est
in ramā: veniēs q3 locutus
est corā ionathā. Qd feci?
Que est īiquitas mea et qd
pc̄m meū in patrē tuū: q̄a
querit aīam meā? Qui dix-
it ei. Absit a te. nō morieris.
Neq3 eñ faciet pater meus
quicq̄m grande vel paruū:
nisi prius īdicauerit michi.
Hūc ergo celauit me pater
meus sermonē tantūmodo.
Nequaq̄ erit istud. Et iura-
uit rursū dauid. Et ille ait.
Scit pfecto pater tuus q̄a
īueni graciā in oculis tuis:
et dicet. Nesciat hoc iona-
thas: ne forte tristet̄. Quī
īmo viuit dn̄s et viuit aīa
tua: quia vno tantū vt i-
ta dicā gradu ego morsq3
diuidimur. Et ait ionathā
ad dauid. Qd cūq3 dixerit
michi aīma tua: faciā ti-
bi. Dixit aūt dauid ad io-
nathan. Ecce kalende sūt
crastino: et ego ex more se-
dere soleo iuxta regē ad ves-
cendū. Dimitte ergo me:
ut abscōdar in agro. usq3

ad vesperā diei tercie. Si re-
quisierit me pater tuus: re-
spondebis ei. Rogauit me
dauid ut iret celeriť in beth
leem ciuitatē suā: q̄a victi-
me solēpnes ibi sūt vniuer-
sis cōtribulibꝫ eius. Si dixe-
rit bene: pax erit seruo tuo.
Si autē fuerit iratus: scito
quia cōpleta est malicia e-
ius. Fac ergo misericordiā
in seruū tuū: quia fedus
dn̄i me famulū tuū tecū
inire fecisti. Si autē est ī me
aliqua īiquitas. tu me in-
terfice: et ad patrē tuū ne
īnroducas me. Et ait iona-
than. Absit hoc a te. Neqꝫ
enī fieri potest ut si certo
cognouero cōpletā esse pa-
tris mei maliciā cont̄ te:
nō ānunciē tibi. Respōdit-
qꝫ dauid ad ionathan. Qs
renūciabit michi: siquid
forte respōderit tibi pater
tuus dure? Et ait ionathā
ad dauid. Veni egrediamur
in agrū. Cūqꝫ exissent am-
bo in agrū: ait ionathan
ad dauid. Dn̄e deus isrl̄ si ī-
uestigauero sententiā pr̄is
mei crastino vel perendie.
et aliquid boni fuerit sup̄
dauid et nō statī misero ad
te et notū tibi fecero: hec fa-
ciat deus ionathan et hec
augeat. Si autē pseuerau-
erit pr̄is mei malicia aduer-
sū te reuelabo aurē tuā: et
dimittā te ut vadas in pace.
et sit dn̄s tecū sicut fuit cū
patre meo. Et si vixero: fa-
cies michi misericordiam dn̄i.
Si vero mortuus fuero. nō
auferes misericordiā tuā
a domo mea vsqꝫ in sēpiter-
nū: quādo eradicauerit
dn̄s īnimicos dauid vnūquē-
qꝫ de terra. Pepigit ergo io-
nathan fedus cū domo da-
uid: et requisiuit dn̄s de ma-
nu īnimicorū dauid. Et ad-
didit ionathan deierare da-
uid: eo qđ diligeret illū.
Sicut aīam enī suā ita di-
ligebat illū. Dixitqꝫ ad eū
ionatha. Cras kalende sūt:
et requireris. Requireť enī

cessio tua. vsq3 perendie. Des-
cendes ergo festinus. et veni-
es in locū vbi celandus es
in die qua operari licet:
et sedebis iuxta lapidē cui
nomē est ezel: et ego tres
sagittas mittā iuxta eū.
et iaciā quasi exercens me
ad signū. Mittā quoq3 et
puerū dicēs ei. Vade et affer
michi sagittas. Si dixero
puero ecce sagitte intra te
sūt tolle eas: tu veni ad me.
quia pax tibi est: et nichil
est mali viuit dn̄s. Si autē
sic locutus fuero puero ecce
sagitte vltra te sūt: vade q̄-
a dimisit te dn̄s. De verbo
autē qd' locuti fuerim9 ego
et tu: sit dn̄s inter me et te
vsq3 in sempiternū. Abscō-
ditus est ergo dauid ī agro.
Et venerūt kalende: et se-
dit rex ad comedendū pa-
nē. Cūq3 sedisset rex sup ca-
thedrā suā sc'dm cōsuetudi-
nē que erat iuxta parietē:
surrexit ionathas. et sedit
abner ex latere saul: vacu-
us q3 apparuit locus da-
uid. Et nō est locut9 saul
quicq̄ in die illa. Cogita-
bat enī qd' forte euenisset
ei: ut nō esset mūdus nec
purificatus. Cūq3 illuxis-
set dies secūda post kalen-
das: rursū vacuus appar-
uit locus dauid. Dixitq3 saul
ad ionathan filiū suum.
Cur nō venit filius ysai
nec heri nec hodie ad vescē-
dū? Et respondit ionathā
sauli. Rogauit me obnixe
ut iret in bethleem: et ait.
Dimitte me qm̄ sacrificiū
solempne est in ciuitate:
vnus de fratribȝ meis accer-
siuit me. Nūc ergo si īueni
graciā in oculis tuis: va-
dā cito et videbo fratres me-
os. Ob hanc causā nō ve-
nit ad mensā regis. Irat9
autē saul aduersū ionathā:
dixit ei. Fili mulieris virū
vltro rapientis: nūquid ig-
noro q̄a diligis filiū ysai
in cōfusionē tuā et in cō-
fusionē ignominiose matris

tue? Omnibus enim diebus
quibus filius ysai vixerit su
per terram: non stabilieris tu
neque regnum tuum. Itaque iam
nunc mitte et adduc eum ad
me: quia filius mortis est.
Respondens autem ionathan
sauli patri suo ait. Quare
morietur? Quid fecit? Et ar
ripuit saul lanceam: ut per
cuteret eum. Et intellexit ionathan
quod definitum esset a patre suo:
ut interficeret david. Sur
rexit ergo ionathas a men
sa in ira furoris: et non come
dit in die kalendarum secunda
panem. Contristatus est enim su
per david: eo quod confudisset
eum pater suus. Cumque illuxis
set mane venit ionathan
in agrum iuxta placitum da
vid: et puer parvulus cum eo.
Et ait ad puerum suum. Vade.
et affer michi sagittas: quas
ego iacio. Cumque puer cucur
risset: iecit aliam sagittam trans
puerum. Venit itaque puer ad
locum iaculi quod miserat io
nathas: et clamavit iona

thas post tergum pueri. et ait.
Ecce ibi est sagitta: porro
ultra te. Clamavitque iona
thas post tergum. Festina ve
lociter: ne steteris. Collegit
autem puer ionathe sagittas
et attulit ad dominum suum: et quid
ageretur penitus ignorabat.
Tantummodo enim ionathas et
david rem noverant. Dedit
igitur ionathas arma sua
puero: et dixit ei. Vade defer
in civitatem. Cumque abisset pu
er: surrexit david de loco qui
vergebat ad austrum. et cadens
pronus in terram adoravit ter
tio. Et osculantes alterutrum
fleverunt pariter: david autem
amplius. Dixit ergo ionathas
ad david. Vade in pace. Quecumque
iuravimus ambo in no
mine domini dicentes: dominus sit inter
me et te. et inter semen meum
et semen tuum usque in sempiter
num. Et surrexit et abiit. Sed
et ionathas ingressus est civi
tatem. Capitulum xxi.
Venit autem david
in nobe. ad achi

melech sacerdotē. Et obstu-
puit achimelech. eo qđ ve-
nisset dauid: et dixit ei. Q̄-
re tu solus? et nullus est
tecū? Et ait dauid ad achi-
melech sacerdotē. Rex p̄ce-
pit michi sermonē: et dixit.
Nemo sciat rem ꝓpter quā
a me missus es: et cuiuſ-
modi tibi p̄cepta dederim.
Nā et pueris cōdixi. in illū
et illū locū. Nūc igit̄ si qđ
habes ad manū vel quinq̄
panes da michi: aut quic-
quid īueneris. Et respōdēs
sacerdos dauid: ait ei. Nō
habeo panes laycos ad
manū: sed tantū panē
sanctū. Si mūdi sūt pueri
maxime a mulierib;. Et
respōdit dauid sacerdoti: et
dixit ei. Et quidē si de mulie-
rib; agit̄? cōtinuim⁹ nos
ab heri et nudiustercius q̄n
(e)grediebamur: et fuerūt
vasa puerorū sancta. Por-
ro via hec polluta est: sed
et ipa hodie sanctificabit̄
in vasis. Dedit ergo ei sa-
cerdos sanctificatū panē.
Neq; eī erat ibi panis ni-
si tantū panes ꝓpositiōis:
qui sublati fuerāt a facie
dn̄i. ut ponerent̄ panes ca-
lidi. Erat aūt ibi vir qui-
dā de seruis saul in die illa
intus in tabernaculo dn̄i:
et nomē eius doech ydu-
meus potentissimus pas-
torū saul. Dixit autē da-
uid ad achimelech. Si ha-
bes hic ad manū hastam
aut gladiū quia gladiū
meū et arma mea nō tuli
meū: sermo eī regis urge-
bat. Et dixit sacerdos. Gla-
dius goliath philistei quē
percussisti in valle therebinti:
est īuolutus pallio post
ephod. Si istū vis tollere tol-
le. Neq; eī est alius hic abs-
q; eo. Et ait dauid. Nō est
alter huic similis: da michi
eū. Surrexit itaq; dauid et
fugit in die illa a facie sa-
ul: et venit ad achis regē
geth. Dixeruntq; ei serui a-
chis. Numquid nō iste est da-

uid rex terre? Nōne huic cā
tabant per choros dicētes:
percussit saul mille et dauid
decē milia? Posuit autē da
uid sermones istos in corde
suo: et extimuit valde a fa
cie achis regis geth. Et īmu
tauit os suū corā eis: et col
labebat' int' manus eorū:
et īpingebat in ostia porte.
Defluebāt qʒ saliue eius in
barbā. Et ait achis ad ser
uos suos. Vidistis hoīem
insanū? Quare adduxistis
eū ad me? An desūt nobis
furiosi: qd' introduxistis
istū ut fureret me p̄sente?
Hiccine igredie' domū meā?
Abijt Capl' xxij.
ergo inde dauid:
et fugit in speluā
cam odollā. Quod cū
audissent frēs eius et omīs
domus pr̄is eius: descende
rūt ad eū illuc. Et cōuene
rūt ad eū omēs qui erant
in angustia cōstituti et op
pressi ere alieno et amaro
aīmo: et factus est eorʒ pri
ceps. Fueruntqʒ cū eo quasi
quadringēti viri. Et p̄fect'
ē dauid inde in masphat. que
est moab: et dixit ad regē
moab. Maneat oro pater
meus et mater mea vobis
cū: donec sciā quid faciat
michi deus. Et reliquit eos
ante faciē regis moab. Mā
seruntqʒ apud eū: cūctis die
bus quibʒ dauid fuit in p̄
sidio. Dixitqʒ gad ꝓpheta
ad dauid. Noli manere in
p̄sidio: p̄ficiscere et vade in
terrā iuda. Et p̄fectus da
uid: venit in saltū areth.
Et audiuit saul qd' appa
ruisset dauid et viri qui e
rant cū eo. Saul autē cū
maneret in gabaa et esset
in nemore quod est in ra
ma. hastā manu tenens
cūctiqʒ serui eius circūsta
rent eū: ait ad seruos suos
qui assistebāt ei. Audite nūc
filij iemini. Nūquid omī
bus vobis dabit filius ysai
agros et vineas. et vniuer
sos vos faciet tribunos

et centuriones. quia cōiuras
tis omnes aduersū me. et nō
est qui michi renūciet: max
ime cū et filius meus fedus
inierit cū filio ysai. Non
est qui vicē meā doleat ex
vobis nec qui annūciet m:
eo qḋ suscitauerit filius me
us seruū meū aduersū me
insidiantē michi vsq̄ hodi
e. Respondēs autē doech y
dumeus qui assistebat et
erat primus int̄ seruos sa
ul: vidi īquit filiū ysai in
nobe apud achimelech fi
liū achitob. Qui cōsuluit
pro eo dūm: et cibaria de
dit ei: sed et gladiū goli
ath philistei dedit illi. Misit
ergo rex ad accersiendū a
chimelech filiū achitob sa
cerdotē: et omnē domū pa
tris eius sacerdotū qui erāt
in nobē. Qui venerūt vni
uersi ad regē. Et ait saul.
Audi fili achitob. Qui res
pondit. Presto sū dn̄e. Dix
itq̄ ad eū saul. Quare con
iurastis aduersū me tu et
filius ysai et dedisti ei panes
et gladiū: et cōsuluisti pro
eo dūm ut cōsurgeret adu
sū me. īsidiator vsq̄ hodie
ꝑmanens. Respōdensq̄ a
chimelech regi ait. Et quis
in omnibus seruis tuis sicut
dauid fidelis et gener regis:
et ꝑgens ad imperiū tuū
et gloriosus in domo tua.
Num hodie cepi cōsulere ꝓ
eo dūm. Absit hoc a me.
Ne suspicet̄ rex aduersus s
uū suū rem huiuscemodi
in vniuersa domo pr̄is mei.
Nō enī sciuit seruus tuus
quicq̄ sup̄ hoc negocio: vel
modicū vel grande. Dixitq̄
rex. Morte morieris achime
lech: tu et omnis domus pa
tris tui. Et ait rex emissari
is qui circūstabāt eū. Con
uertimini: et interficite sacerdo
tes dūi. Nā manus eorum
cū dauid est: scientes qḋ fu
gisset et nō īdicauerūt m.
Noluerūt autē serui regis
extendē manū suā in sacer
dotes dūi. Et ait rex ad doech.

Cōuerte tu: et irrue in sacer
dotes. Cōuersus qȝ doech ydu
meus. et irruit in sacerdotes:
et trucidauit in die illa octo
ginta quīqȝ viros vestitos
ephod lineo. Nobā autē ciui
tatē sacerdotū pcussit in ore
gladij: viros et mulieres.
paruulos et lactentes. bouē
et asinū et ouē in ore gladi
i. Euadens autē vnus filius
achimelech filij achitob cui⁹
nomē erat abiathar fugit
ad dauid: et annūciauit ei
qd̄ occidisset saul sacerdotes
dn̄i. Et ait dauid ad abia
thar. Sciebā in die illa qd̄
cū ibi esset doech ydumeus:
pcul dubio annūciaret saul.
Ego sū reus oīm aīarū
pris tui. Mane mecū: ne ti
meas. Si quis q̄sierit ani
mā meā queret et aīam
tuā: mecūqȝ seruaberis.

ET ānū Cap. xxiij
ciauerūt dauid di
centes. Ecce philis
tijm expugnant ceyla: et di
ripiūt areas. Cōsuluit igi
tur dauid dn̄m dicens. Nū
vadā et pcuciā philisteos
istos? Et ait dn̄s ad dauid.
Vade et pcuties philisteos:
et saluabis ceylā. Et dixe
runt viri qui erant cū dauid
ad eū. Ecce nos hic in iude
a cōsistentes timemus: quā
to magis si ierimus in cey
la aduersus agmīa philis
tinorū? Rursū ergo dauid
cōsuluit dn̄m. Qui respō
dens ait. Surge vade in cey
la: ego enī tradā philisteos
in manu tua. Abijt dauid
et viri eius in ceylā: et pug
nauit aduersū philisteos.
et abegit iumēta eorū: et
pcussit eos plaga magna:
et saluauit dauid habita
tores ceylē. Porro eo tēpore
quo fugiebat abiathar fi
lius achimelech ad dauid
in ceylā: ephod secū habēs
descenderat. Nunciatū est
autē saul: qd̄ venisset da
uid in ceylā. Et ait saul.
Tradidit eū deus in man⁹
meas: cōclusus qȝ est intro

gressus urbem in qua porte
et sere sunt. Et precepit saul omni
populo ut ad pugnam descen-
deret in ceyla: et obsideret
david et viros eius. Quod
cum rescisset david quia prepa-
raret ei saul clam malum:
dixit ad abiathar sacerdo-
tem. Applica ephod. Et ait
david. Domine deus israel audi-
vit famam servus tuus quod
disponat saul venire ad
ceylam: ut evertat urbem prop-
ter me. Si tradent me viri
ceyle in manus eius. et si
descendet saul sicut audivit
servus tuus: domine deus israel
indica servo tuo. Et ait
dominus. Descendet. Dixitque da-
vid. Si tradent viri ceyle
me. et viros qui sunt mecum
in manu saul? Et dixit do-
minus. Tradent. Surrexit er-
go david et viri eius quasi
sexcenti: et egressi de ceyla
huc atque illuc vagabantur
incerti. Nunciatumque est sauli
quod fugisset david de ceyla
quamobrem dissimulavit exi-
re. Morabatur autem david in
deserto in locis firmissimis.
Mansitque in monte solitudinis
ziph. Querebat tamen eum
saul cunctis diebus: et non tra-
didit eum deus in manus eius.
Et vidit david quod egressus
esset saul: ut quereret animam
eius. Porro david erat in
deserto ziph in silva. Et sur-
rexit ionathas filius saul
et abiit ad david in silvam:
et confortavit manus eius
in deo. Dixitque ei. Ne timeas.
Neque enim inveniet te manus
saul patris mei. Et tu regna-
bis super israel: et ego ero tibi
secundus. Sed et saul pater me-
us scit hoc. Percussit igitur
uterque fedus coram domino. Man-
sitque david in silva: iona-
thas autem reversus est in do-
mum suam. Ascenderunt autem zi-
phei ad saul in gabaa di-
centes. Nonne ecce david la-
titat apud nos in locis tu-
tissimis silve: in colle achi-
le que est ad dexteram deserti.
Nunc ergo sicut desideravit

aīma tua ut descenderes des
cendē: nr̄m autē erit ut tra
damus eū in manus regis.
Dixitq̄ saul. Benedicti vos
a dn̄o: quia doluistis vicē
meā. Abite ergo et diligē
tius p̄parate et curiosius
agite: et cōsiderate locum
ubi sit pes eius: vel quis vi
derit eū ibi. Recogitat eñ
de me: qđ callide īsidier ei.
Cōsiderate et videte om̄ia
latibula eius in quib; ab
scondit̄: et revertimīn ad
me ad rem certā ut vadā
vobiscū. Qđ si etiā in ter
rā se abstruserit: p̄scruta
bor eū in cūctis milib; iuda.
At illi surgētes: abierunt in
ziph ante saul. David aūt
et viri eius erant in deserto
maon in cāpestrib;: ad dex
terā iesimuth. Ivit ergo sa
ul et socij eius ad querēdū
eū: et nūciatū est david.
Statimq̄ descendit ad petrā:
et versabat̄ in deserto ma
on. Quod cū audisset sa
ul: p̄secutus est david in de

serto maon. Et ibat saul
ad latus mōtis ex parte u
na: david aūt et viri eius
erant in latē montis ex par
te altera. Porro david despe
rabat se posse evadē a
facie saul. Itaq̄ saul et vi
ri eius in modū corone cī
gebant david et viros ei⁹:
ut caperent eū. Et nūcius
venit ad saul dicens. Festi
na et veni: qm̄ infuderūt
se philistijm sup terrā. Re
versus est ergo saul desistēs
p̄sequi david: et p̄rexit in
occursū philistijm. Pp̄ter
hoc vocaverūt locū illū pe
trā dividentē. Caplin xxiiij.

Ascendit ergo da
uid inde: et habi
tavit in locis tu
tissimis engaddi. Cūq̄ re
versus esset saul postq̄ p̄
secutus est philisteos: nūci
averūt ei dicētes. Ecce da
uid in deserto est engaddi.
Assumens ergo saul tria
milia electorū virorū ex
om̄i isrl̄: p̄rexit ad investi

tigandū da[uid] uid et vi-
ros eius etiā sup ab
ruptissimas petras que sol̄
ibicibus p̄uie sūt. Et venit
ad caulas ouiū: que se of
ferebāt vianti. Eratq; ibi
spelūca. Quā īgressus est
saul: ut purgaret ventrē.
Porro dauid et viri eius in
īteriore parte spelūce late-
bāt. Et dixerūt serui dauid
ad eū. Ecce dies de qua locu-
tus est dn̄s ad te. Ego tradā
tibi īimicū tuū: ut facias
ei sicut placuerit in oculis
tuis. Surrexit ergo dauid:
et p̄cidit orā clamidis saul
silenter. Post hec percussit cor
suū dauid: eo qd̄ abscidisset
orā clamidis saul. Dixitq;
ad viros suos. Propicius mi
sit dn̄s. ne faciā hanc rem
dn̄o meo xp̄o dn̄i. ut mittā
manū meā in eū: qm̄ xp̄c
dn̄i est. Viuit dn̄s quia ni-
si dn̄s percusserit eū aut dies
eius venerit ut moriatur.
aut descendēs in p̄lio perie-
rit: propicius michi sit dn̄s
ne mittā manū meā in
xp̄m dn̄i. Et cōfregit dauid
viros suos sermonibus: et
nō permisit eos ut cōsurge-
rent in saul. Porro saul
exurgens de spelūca: perge-
bat cepto itinere. Surrexit
aūt et dauid post eū. Et
egressus de spelūca: clama-
uit post tergū saul dicens.
Dn̄e mi rex. Et respexit sa-
ul post se. Et īclinans se da-
uid pronus in terrā adora-
uit. Dixitq; ad saul. Qua-
re audis verba hoīm loq̄n-
tiū: dauid querit malū
aduersū te? Ecce hodie vide-
rūt oculi tui: qd̄ tradiderit
te dn̄s in manu mea ī spe-
lūca. Et cogitaui ut occi-
derē te: sed pepercit tibi oculus
meus. Dixi eīm. Nō exten-
dā manū meā in dn̄o meo:
quia xp̄c dn̄i est. Quin po-
cius pater mi vide et cog-
nosce orā clamidis tue in
manu mea: qm̄ cū p̄cide-
rem sūmitatē clamidis tu-
e. nolui extendē manū me-

am in te. Animaduerte et
vide qm̄ nō est in manu
mea malū neq̧ īiquitas:
neq̧ peccaui in te. Tu aūt
īsidiaris aīme mee: ut au
feras eā. Iudicet dn̄s inter
me et te: et vlciscat̄ me do
min⁹ ex te. Manus autē
mea nō sit in te. sicut et in
pūerbio antiquo dicit̄. Ab
impiis egredietur impietas.
Manus ergo mea nō sit
in te. Quē psequeris rex
isrl' quē psequeris? Canē
mortuū psequeris: et puli
cem unū. Sit dn̄s iudex et
iudicet int' me et te: et vide
at et iudicet causā meā.
et eruat me de manu tua.
Cū aūt cōplesset dauid lo
quens sermones huiusce
modi ad saul: dixit saul.
Nūquid vox hec tua est fi
li mi dauid? Et leuauit sa
ul vocē suā: et fleuit. Dixit
q̧ ad dauid. Iustior tu es q̄
ego. Tu eñ tribuisti michi
bona: ego aūt reddidi ti
bi mala. Et tu īdicasti m̄

hodie q̄ feceris michi
bona: quoniā tra
diderit me dn̄s in manu
tua et nō occideris me. Quis
eū cū inuenerit inimicū suū
dimittet eū in via bona?
Sed dn̄s reddat tibi vicissi
tudinē hanc: pro eo quod
hodie operatus es in me.
Et nunc quia scio qd' certis
sime regnaturus sis. et ha
biturus in manu tua reg
nū isrl': iura michi in do
mino ne deleas semē meū
post me neq̧ auferas no
men meū de domo pr̄is mei.
Et iurauit dauid sauli. Ab
iit ergo saul in domū suā:
et dauid et viri eius ascen
derunt ad tutiora loca. Cap.
Mortuus est xxv.
aūt samuhel: et
cōgregatus est v
niuersus isrl' et planxerūt
eū. et sepelierūt in domo su
a in ramatha. Cōsurgens
q̧ dauid: descendit in deser
tū pharan. Erat aūt vir
quispiā in solitudine ma

ou. et possessio eius in car
melo: et homo ille magnus
nimis. Erantque ei oues tria
milia: et mille capre. Et ac
cidit ut tonderet grex eius
in carmelo. Nomen autem
viri illius erat nabal: et
nomen vxoris eius abiga
il. Eratque mulier illa pru
dentissima. et speciosa. Por
ro vir eius durus et pessi
mus. et maliciosus. Erat
autem de genere caleb. Cum er
go audisset dauid in deser
to quod tonderet nabal gre
gem suum: misit decem iuuenes.
et dixit eis. Ascendite in car
melum: et venietis ad na
bal. et salutabitis eum ex no
mine meo pacifice: et dicetis
sic. Sit fratribus meis et tibi
pax et domui tue: et omni
bus quecumque habes sit pax
Audiui quod tonderent pasto
res tui: qui erant nobiscum
in deserto. Numquam eis moles
ti fuimus: nec aliquando defuit
eis quicquam de grege omni tem
pore quo fuerunt nobiscum
in carmelo. Interroga pue
ros tuos: et indicabunt tibi.
Nunc ergo inueniant pueri
tui graciam in oculis tuis:
in die enim bona venimus.
Quodcumque inuenerit manus
tua: da seruis tuis et filio
tuo dauid. Cumque venissent
pueri dauid locuti sunt ad
nabal omnia verba hec ex
nomine dauid: et siluerunt.
Respondens autem nabal pu
eris dauid: ait. Quis est
dauid. et quis est filius ysa
i. Hodie increuerunt serui:
qui fugiunt dominos suos. Tol
lam ergo panes meos et a
quas meas. et carnes peco
rum que occidi tonsoribus
meis: et dabo viris quos
nescio vnde sint. Regressi
sunt itaque pueri dauid per
viam suam: et reuersi venerunt
et nunciauerunt ei omnia ver
ba que dixerat. Tunc dauid
ait viris suis. Accingatur
vnusquisque gladio suo.
Et accincti sunt singuli gla
dio suo. Accinctus quoque est et

dauid ense suo: et secuti sūt
dauid quasi q̄dringenti vi
ri. Porro ducenti remanse
rūt ad sarcinas. Abigail
autē vxori nabal nūciauit
vnus de pueris dicens. Ecce
misit dauid nūcios de deser
to ut benedicerēt dn̄o nr̄o:
et auersatus est eos. Hōies
isti boni satis fuerūt nob
et nō molesti: nec quicq̄
aliq̄n̄do periit omī tēpore
quo fuimus cōuersati cū eis
in deserto. Pro muro erāt
nobis tā in nocte q̄m in di
e: omibus diebus quibus
pauim⁹ apud ipos greges.
Quāobrem cōsidera et reco
gita quid facias: q̄m com
pleta est malicia aduersū
virū tuū. et aduersū domū
tuā. Et ipē filius est belial:
ita ut nemo ei possit loq̄.
Festinauit igit̄ abigail et
tulit ducētos panes et du
os vtres vini. et quinq̄ ari
etes coctos. et quinq̄ sata
polente. et centū ligaturas
vue passe. et ducentas mas
sas caricarū. et īposuit su
per asinos: dixitq̄ pueris
suis. P̄cedite me: ecce ego
post tergū sequar vos. Vi
ro autē suo nabal nō indi
cauit. Cū ergo ascēdisset
asinū et descenderet ad ra
dicē montis: dauid et viri
eius descendebāt in occur
sū eius. Quibꝫ et illa oc
currit. Et ait dauid. Vere
frustra seruaui omīa que
huius erant in deserto: et
nō periit quicq̄ de cunctis
que ad eū ptinebant: et
reddidit michi malū pro bo
no. Hec faciat deus inimicis
dauid et hec addat: si reli
quero de omībꝫ que ad eū
ptinent vsq̄ mane min
gentē ad parietē. Cū autē
vidisset abigail dauid:
festinauit et descendit de a
sino. Et procidit corā dauid
sup faciē suā et adorauit
sup terrā: et cecidit ad pe
des eius et dixit. In me sit
dn̄e mi hec iniquitas. Loq̄
tur obsecro ancilla tua in

auribꝫ tuis: et audi verba
famule tue. Ne ponat ob
secro dn̄s meus rex cor suū
sup virū istū īiquū nabal:
quia scdm̄ nomē suū stul
tus est et est stulticia cū eo.
Ego autē ancilla tua non
vidi pueros tuos dn̄e mi
quos misisti. Nūc ergo dn̄e
mi vivit dn̄s et vivit aīa
tua: qui ꝓhibuit te ne ven̄i
res in sanguinē. et salua
uit manū tuā tibi. Et nūc
fiant sicut nabal īimici
tui: et qui querūt dn̄o me
o malū. Quapropt̄ susci
pe benedictionē hanc quā
attulit ancilla tua tibi
dn̄o meo: et da pueris qui
sequūtur te dn̄m meū. Au
fer īiquitatē famule tue.
Faciens enī faciat dn̄s ti
bi dn̄o meo domū fidelē:
quia p̄lia dn̄i dn̄e mi tu
p̄liaris. Malicia ergo nō
īueniat̄ in te omībꝫ diebꝫ
vite tue. Si enī surrexerit
aliqn̄do homo ꝑsequens
te et q̄rens aīam tuā: erit

aīma dn̄i mei custodita q̄
si in fasciculo viventiū a
pud dn̄m deū tuū. Porro
aīa īimicorū tuoꝝ rotabit̄:
quasi in īpetu et circulo
funde. Cū ergo fecerit tibi
dn̄s dn̄o meo omīa que
locutus est bona de te. et
cōstituerit te ducē sup isrl̄:
nō erit tibi hoc in singul
tū et in scrupulū cordis
dn̄o meo qd̄ effuderis san
guinē innoxiū. aut ip̄e te
ultus fueris. Et cū benefe
cerit dn̄s dn̄o meo: recorda
beris ancille tue. Et ait da
uid ad abigail. Benedict᷒
dn̄s deus isrl̄ qui misit te
hodie in occursū meū: et
benedictū eloquiū tuū. et
benedicta tu que ꝓhibuisti
me hodie ne irem ad sāgui
nē: et ulciscerer me manu
mea. Alioquī vivit dn̄s de
us isrl̄ qui ꝓhibuit me ne
malū facerē tibi: nisi cito
venisses in occursū michi.
nō remansisset nabal usqꝫ
ad lucē matutinā mingens

ad parietē. Suscepit ergo
dauid de manu eius omīa
que attulerat ei. Dixitqꝫ
ei. Vade pacifice in domū
tuā. Ecce audiui vocē tuā:
et honoraui faciē tuā. Venit
autē abigail ad nabal: et
ecce erat ei cōuiuiū in do
mo eius quasi cōuiuiū regis.
et cor nabal iocundū. Erat
enī ebrius nimis. Et nō in
dicauit ei verbū pusillum
aut grande usqꝫ mane. Di
luculo autē cū digessisset vi
nū nabal: indicauit ei vxor
sua verba hec. Et emortuū
est cor eius intrinsecus: et fac
tus est quasi lapis. Cumqꝫ
ptransissent decē dies: percussit
dn̄s nabal et mortuus est.
Quod cū audisset dauid
mortuū nabal. ait. Bene
dictus dn̄s qui iudicauit
causā obprobrij mei de ma
nu nabal. et seruū suū
custodiuit a malo: et ma
liciā nabal reddidit dn̄s
in caput eius. Misit ergo
dauid et locutus est ad abi
gail: ut sumeret eā sibi in
vxorē. Et venerūt pueri da
uid ad abigail in carmelū:
et locuti sūt ad eā dicētes.
Dauid misit nos ad te: ut
accipiat te sibi in vxorem.
Que cōsurgens adorauit
pna in terrā: et ait. Ecce fa
mula tua sit in ancillā:
ut lauet pedes seruorū dn̄i
mei. Et festinauit et surrex
it abigail et ascendit sup
asinū: et quinqꝫ puelle ierūt
cū ea pedissequē eius: et
secuta est nuncios dauid: et
facta est illi vxor. Sed et
achynoem accepit dauid
de iezrael: et fuit vtraqꝫ vxor
eius. Saul autē dedit michol
filiā suā vxorē dauid falti
filio lays: qui erat de galli.

ET ve Capi xxvi.
nerūt ziphei ad
saul in gabaa
dicentes. Ecce dauid abscon
ditus est in colle achile: q
est ex aduerso solitudinis.
Et surrexit saul et descēdit
in desertū ziph. et cū eo tria

milia virorum de electis israel: ut
quereret david in deserto ziph.
Et castra metatus est saul
in gabaa achile: que erat
ex adverso solitudinis in vi
a. David autem habitabat
in deserto. Videns autem quod
venisset saul post se in desertum:
misit exploratores et didicit
quod huc venisset certissime.
Et surrexit david clam: et
venit ad locum ubi erat sa
ul. Cumque vidisset locum in quo
dormiebat saul et abner fi
lius ner princeps militie
eius. et saulem dormientem in
tentorio. et reliquum vulgus
per circuitum eius: ait david
ad achimelech etheum. et ab
ysai filium sarvie fratrem io
ab dicens. Quis descendet
mecum ad saul in castra?
Dixitque abysai. Ego descen
dam tecum. Venerunt ergo da
vid et abysai ad populum noc
te: et invenerunt saul iacen
tem et dormientem in tentorio.
et hastam fixam in terra ad
caput eius: abner autem et

populum dormientes in circuitu
eius. Dixitque abysai ad da
vid. Conclusit deus hodie in
imicum tuum in manus tuas.
Nunc ergo perfodiam eum lancea
in terra semel: et secundo opus
non erit. Et dixit david ad
abysai. Ne interficias eum.
Quis enim extendet manum su
am in christum domini: et innocens
erit? Et dixit david. Vivit
dominus quia nisi dominus percusserit
eum. aut dies eius venerit ut
moriatur. aut in prelio descen
dens perierit: propicius michi
sit dominus ne extendam manum
meam in christum domini. Nunc igi
tur tolle hastam que est ad
caput eius et sciphum aque:
et abeamus. Tulit igitur
david hastam et sciphum aque
qui erat ad caput saul: et
abierunt. Et non erat quisquam
qui videret et intelligeret et
vigilaret: sed omnes dormi
ebant: quia sopor domini irru
erat super eos. Cumque transisset
david ex adverso et stetis
set in vertice montis delon

ge. et esset grande īteruallū
inter eos: clamauit dauid
ad pplm̄ et ad abner filiū
ner dicens. Nōne respondebis
abner? Et respondēs abner
ait. Quis es tu qui clamas
et īquietas regē? Et ait da
uid ad abner. Nūquid nō
vir tu es? Et quis alius si
milis tui in isrl'? Quare
ergo nō custodisti dn̄m tu
um regē? Ingressus est enī
unus de turba: ut īterficeret
regē dn̄m tuū. Nō est bo
nū hoc quod fecisti. Viuit
dn̄s qm̄ filij mortis estis
vos: qui nō custodistis do
minū vr̄m xp̄m dn̄i. Nūc
ergo vide ubi sit hasta regis:
et ubi sciphus aq̄ qui erat
ad caput eius. Cognouit
aūt saul vocē dauid: et dix
it. Num vox tua hec est fili
mi dauid? Et dauid. Vox
mea dn̄e mi rex. Et ait. Quā
ob causā dn̄s meus psequi
tur seruū suū? Quid feci?
aut quod est in manu me
a malū? Nūc ergo audi

oro dn̄e mi rex verba serui
tui. Si dn̄s incitat te aduē
sū me: odoretur sacrificiū. Si
aūt filij hoīm: maledicti
sunt in cōspectu dn̄i: qui e
iecerūt me hodie ut nō ha
bitē in hereditate dn̄i dicē
tes. Vade serui dijs alienis.
Et nūc nō effundatur sāguis
meus in terra corā dn̄o:
quia egressus est rex israel
ut querat pulicē unū: sicut
psequitur pdix in montibus.
Et ait saul. Peccaui. Reuer
tere fili mi dauid. Nequaq̄
enī ultra male tibi faciā:
eo qd̄ preciosa fuerit aīa
mea in oculis tuis hodie.
Apparet qd̄ stulte egerim:
et ignorauerī multa ni
mis. Et respōdens dauid ait.
Ecce hasta regis. Transeat
unus de pueris regis: et tol
lat eā. Dn̄s aūt retribuat
unicuiqȝ scd̄m iusticiā suā
et fidē. Tradidit enī te dn̄s
hodie in manu meā: et no
lui leuare manū meā in
xp̄m dn̄i. Et sicut magni

ficata est aīa tua hodie
in oculis meis. sic magnifi
cetur aīa mea in oculis
dn̄i: et liberet me de omni
angustia. Ait ergo saul ad
dauid. Benedictus tu fili
mi dauid. Et quidē faciēs
facies: et potens poteris.
Abijt autē dauid in viā suā:
et saul reūsus ē in locū suū

Et ait Cap. xxvij
dauid in corde suo.
Aliqn̄do incidam
in vno die in manus saul.
Nōne melius est ut fugiā
et saluer in terra philistho
rū: ut desperet saul cesseturq;
me q̄rere in cunctis finibus
isrł. Fugiā ergo manus
eius. Et surrexit dauid: et
abijt ipse et sexcenti viri cū
eo ad achis filiū maoch
regē geth. Et habitauit
dauid cū achis in geth ipse
et viri eius. et domus eius:
dauid et due uxores eius a
chynoem iezraelites et abi
gail uxor nabal carmeli.
Et nūciatū est saul qđ fu
gisset dauid in geth: et nō
addidit ultra querere eū.
Dixit autē dauid ad achis.
Si inveni gratiā in oculis
tuis: detur michi locus in
vna urbiū regionis huius
ut habitē ibi. Cur enī ma
net seruus tuus in ciuita
te regis tecū? Dedit itaq;
ei achis in die illa sycelegh
Propter quā causā facta est
syceleg regū iuda: usq; in
diē hanc. Fuit autē nume
rus dierū quibz habitauit
dauid in regione philisti
norū: q̄tuor mensiū. Et
ascendit dauid et viri eius:
et agebāt predas de gesuri.
et de gedri et de amalechitis.
Hij enī pagi habitabant
in terra antiquitus. euntibz
sur usq; ad terrā egipti.
Et percutiebat dauid omnē
terrā: nec relinq̄bat viuē
tem virū et mulierē. Tol
lensq; oues et boues. et asi
nos et camelos et uestes:
reuertebatur et veniebat ad
achis. Dicebat autem ei achis.

In quē irruistis hodie? Res-
pondebatqz dauid. Contra
meridiē iuda et cōtra meri
diē ieramel: et cont̄ meridi
em ceni. Virū et mulierē
nō viuificabat dauid nec
adducebat in geth: dicēs.
ne forte loquātur aduersū
nos. Hec fecit dauid. Et hoc
erat decretū illi: omībz diebz
q̄bz habitauit in regione
philistinorū. Credidit ergo
dauid achis dicens. Multa
mala operatus est cōtra
ꝑplm suū isrl'. Erit igitur
michi seruus sempiternus.

Factū Cap' xxviii.
est autē in diebz il
lis cōgregauerūt
philisthiin agmina sua: ut
ꝑpararentur ad bellū contra
israel. Dixitqz achis ad da
uid. Sciens nūc scito: qm
mecū egredieris in castris
tu et viri tui. Dixitqz dauid
ad achis. Nūc scies q̄ fac
turus est seruus tuus. Et
ait achis ad dauid. Et ego
custodē capitis mei ponā
te cunctis diebus. Samuhel
autē mortuus est. Planxitqz
eū omīs isrl': et sepelierunt
eū in ramatha urbe sua.
Et saul abstulit magos et
ariolos de terra. Cōgrega
tiqz sunt philisthiin: et vene
runt. et castra metati sunt in
sunam. Cōgregauit autē
et saul vniuersū isrl': et ve
nit in gelboe. Et vidit saul
castra philisthiin et timu
it: et expauit cor eius nimis.
Cōsuluitqz dnm: et nō res
pondit ei neqz per sōpnia.
neqz per sacerdotes neqz per
ꝓphetas. Dixitqz saul seruis
suis. Querite michi muli
erē habentē phitonē: et va
dā ad eā et sciscitabor per
illā. Et dixerunt serui eius
ad eū. Est mulier habens
phitonē in endor. Muta
uit ergo habitū suū. vesti
titusqz alijs vestimentis.
abijt ipse et duo viri cū eo:
veneruntqz ad mulierē noc
te. et ait. Diuina mi' i phi
tone: et suscita michi quē

dixero tibi. Et ait mulier
ad eū. Ecce tu nosti q̄nta
fecerit saul: et quomodo e
rāserit magos et ariolos
de terra. Quare ergo īsidia
ris aīme mee ut occidar?
Et iuravit ei saul in dn̄o
dicens. Vivit dn̄s: q̄a nō
eveniet tibi quicq̄ mali
ꝓpter hanc rem. Dixitq̧ ei
mulier. Quē suscitabo ti
bi? Qui ait. Samuhelē
suscita michi. Cū autē vi
disset mulier samuhelē:
exclamavit voce magna.
et dixit ad saul. Quare i
posuisti michi? Tu es eñ
saul. Dixitq̧ ei rex. Noli ti
mere. Quid vidisti? Et ait
mulier ad saul. Deos vidi
ascendētes de terra. Dixitq̧
ei. Qualis est forma eius?
Que ait. Vir senex ascēdit:
et ipē amictus est pallio.
Intellexit saul q̄d samu
hel esset: et īclinavit se sup
faciē suā in terrā. et adora
vit. Dixit autē samuhel ad
saul. Quare īquietasti me

ut suscitarer? Et ait saul.
Coartor nimis. Siquidē
philistijm pugnant adū
sū me. et dꝰ recessit a me: et ex
audire me noluit. neq̧ in
manu ꝓphetarū neq̧ per
sōpnia. Vocavi ergo te:
ut ostenderes michi quid
faciā. Et ait samuhel. Q̄d
īterrogas me cū dn̄s reces
serit a te. et transierit ad e
mulū tuū? Faciet eñ dn̄s
tibi sicut locutus est ī ma
nu mea: et scindet regnū
de manu tua et dabit illud
ꝓximo tuo david: q̄a nō
obedisti voci dn̄i neq̧ fecis
ti irā furoris eius in ama
lech. Idcirco q̄d pateris fecit
tibi dn̄s hodie: et dabit dn̄s
etiā isrl̄ tecū ī manū philistij.
Cras autē tu et filij tui me
cū eritis. Sed et castra isrl̄
tradet dn̄s in manu philis
tijm. Statimq̧ saul cecidit
porrectus in terrā. Extimu
erat eñ verba samuhel: et
robur nō erat in eo. quia
nō comederat panē tota di

e illa. Ingressa est itaque mu-
lier ad saul et ait. Contur-
batus enim erat valde: dixit-
que ad eum. Ecce obedivit an-
cilla tua voci tue: et posui
animam meam in manu tua:
et audivi sermones tuos
quos locutus es ad me. Nunc
igitur et tu audi vocem ancil-
le tue: et ponam coram te buc-
cellam panis. et comedens con-
valescas: et possis iter agere.
Qui renuit et ait. Non com-
edam. Coegerunt autem eum servi sui
et mulier: et tandem audita
voce eorum surrexit de terra:
et sedit super lectum. Mulier
autem habebat vitulum pas-
cualem in domo: et festina-
vit et occidit eum. Tollensque
farinam miscuit eam. et coxit
azima: et posuit ante sa-
ul et ante servos eius. Qui
cum comedissent: surrexerunt
et ambulaverunt per totam
noctem illam. Capitulum xxix.

Congregata sunt
ergo philistiim
universa agmina
in aphec: sed et israel castra
metatus est super fontem qui
erat in iezrael. Et satrape
quidem philistiim incedebant
in centuriis et milibus. Da-
vid autem et viri eius erant
in novissimo agmine cum
achis. Dixeruntque principes
philistiim. Quid sibi vo-
lunt hebrei isti? Et ait achis
ad principes philistiim.
Num ignoratis david qui
fuit servus saul regis israel:
et est apud me multis diebus
vel annis? Et non inveni in e-
o quicquam ex die qua transfu-
git ad me: usque ad diem hanc.
Irati sunt autem adversus eum
principes philistiim: et dixe-
runt ei. Revertatur vir et se-
deat in loco suo in quo con-
stituisti eum. et non descendat
nobiscum in prelium: ne fi-
at nobis adversarius cum
preliari ceperimus. Quomodo
enim aliter placare poterit
dominum suum: nisi in capitibus
nostris? Nonne iste est david
cui cantabant in choris di-

rentes? pcessit saul in mi
libus suis. et dauid in centē
milibꝫ suis. Vocauit ergo
achis dauid: et ait ei. Vi
uit dñs quia rectus es tu.
et bonus in cōspectu meo.
et exitus tuus et itroitus
tuus mecū est in castris?
et nō īueni in te quicqm̄
mali. ex die qua uenisti ad
me usqꝫ ad diē hanc: sed
satrapis nō places. Reuer
tere ergo et uade in pace: et
nō offendas oculos satra
parū philisthim. Dixitqꝫ da
uid ad achis. Quid enim
feci? aut quid īuenisti in
me seruo tuo a die qua fui
in cōspectu tuo usqꝫ in diē
hanc. ut nō ueniā et pug
nem cōtra īimicos dñi me
i regis? Respondēs autē a
chis: locutus est ad dauid.
Scio quia bonus es tu in
oculis meis sicut angelus
dei: sed principes philistiī
dixerūt. Nō ascendet nobis
cū in preliū. Igitur cōsur
ge mane tu et serui dñi tui

qui uenerūt tecū: et cū de
nocte surrexeritis et ceperit
dilucescē pgite. Surrexit i
taqꝫ de nocte dauid et ipē et
uiri eius ut pficiscerent ma
ne: et reuerterent ad terrā
philisthim. Philisthim autē
ascenderūt in iezrael. Cap. xxx.

Cumqꝫ uenis
sēt dauid et uiri
eius in sycelech di
e tercia: amalechite īpetū
fecerant ex parte australi
in sycelech: et pcusserant sy
celech et succenderāt eā igni.
Et captiuas duxerant mu
lieres ex ea. a minimo usqꝫ ad
magnū. et nō interfecerāt
quēqm̄ sed secū duxerāt: et
pgebant itinere suo. Cū er
go uenisset dauid et uiri ei⁹
ad ciuitatē. et īuenissent eā
succensā igni. et uxores su
as et filios suos et filias
ductas esse captiuas: leua
uerūt dauid et pplus qui
erat cū eo uoces suas et
plauxerūt. donec deficerēt
in eis lacrime. Siquidē et

due uxores dauid captiue
ducte fuerant: achynoem
iezrahelites. et abigail ux
or nabal carmeli. Et con
tristatus est dauid valde.
Volebat eū eū ꝑplus lapi
dare: quia amara erat ai͂
ma uniuscuiusqꝫ viri su
per filijs suis et filiabus.
Cōfortatus est dauid ī dn̄o
deo suo: et ait ad abiathar
sacerdotē filiū achimelech.
Applica ad me ephod. Et
applicauit abiathar ephod
ad dauid. Et cōsuluit da
uid dn̄m dicēs. Pseq̄r an nō
latrunculos hos et cōprehēdā
eos? Dixitqꝫ ei. Pseq̄re. Absqꝫ
dubio eū cōprehendes eos:
et excuties predā. Abijt ergo
dauid ipe et sexcenti viri q̄
erant cū eo: et venerūt vs
qꝫ ad torrentē besor: et las
si quidā substiterūt. Per
secutus est aūt dauid ipe et
quadringenti viri. Substi
terūt eñ ducenti: qui las
si transire nō poterāt tor
rentē besor. Et inuenerunt

virū egiptiū in agro: et
adduxerūt eū ad dauid.
Dederūtqꝫ ei panē ut come
deret et biberet aquā: sed
et fragmen masse caricar
et duas ligaturas uve pas
se. Que cū comedisset: re
uersus est spūs eius. et refo
cillatus est. Nō eñ comede
rat panē neqꝫ biberat aq̄:
tribus diebus et tribꝫ noc
tibus. Dixit itaqꝫ ei dauid
Cuius es tu vel vnde? et q̄
ꝑgis? Qui ait ei. Puer e
gyptius ego sū: seruus vi
ri amalechite. Dereliquit
aūt me dn̄s meus: quia e
grotare cepi nudiustercius.
Siquidē nos erupimus ad
australē partē cerethi et cō
tra iudā. et ad meridiē ca
leb: et syceleg succendimus
igni. Dixitqꝫ ei dauid. Po
tes me ducē ad istū cuneū?
Qui ait. Iura michi per
deū qd nō occidas me. et
nō tradas me in manu
dn̄i mei: et ducā te ad cu
neū istū. Qui cū dixisset

eū. ecce illi discūbebant sup
faciē vniuerse terre comedē-
tes et bibentes et q̄si festū
celebrantes diē: pro cūcta
preda et spolijs que ceperāt
de terra philistijm et de t̄ra
iudā. Et percussit eos dauid
a vespera vsq; ad vesperā
alterius diei: et nō euasit
ex eis quisq̄ nisi q̄dringēti
viri adolescētes: qui ascen-
derant camelos et fugerāt.
Eruit ergo dauid omnia q̄
tulerant amalechite. et
duas vxores suas eruit:
nec defuit quisq̄ a paruo
vsq; ad magnū. tam de fi-
lijs q̄ de filiab; et de spolijs:
et quecūq; rapuerāt omnia
reduxit dauid. Et tulit v-
niuersos greges et armen-
ta: et minauit ante faciē
suā. Dixeruntq;. Hec est p̄-
da dauid. Venit aūt da-
uid ad ducentos viros q̄
lassi subsisterāt nec sequi
potuerant dauid: et residēre
eos iusserat in torrente be-
sor. Qui egressi sūt obuiā
dauid: et p̄plo qui erat cū
eo. Accedens aūt dauid ad
p̄plm: salutauit eos pacifi-
ce. Respondēsq; omnis vir
pessimus et iniquus de viris
qui erant cū dauid dixit.
Quia nō venerūt nobiscū
nō dabimus eis quicq̄ de p̄-
da quā eruimus: sed suffici-
at vnicuiq; vxor sua et fi-
lij: quos cū acceperint recedāt.
Dixit aūt dauid. Non sic
facietis frēs mei de hijs que
tradidit dn̄s nobis et custo-
diuit nos. et dedit latrūcu-
los qui eruperāt aduersū
nos in manu n̄ra: nec au-
diet vos quisq̄ sup sermo-
ne hoc. Equa enī pars erit
descendētis ad preliū. et re-
manētis ad sarcinas: et si-
militer diuident. Et factū
est hoc ex illa die et deinceps
cōstitutū et p̄finitū. et q̄si
lex in isrl': vsq; ad diē hanc.
Venit ergo dauid in sicelegh:
et misit dona de preda seni-
oribus iuda proximis suis di-
cens. Accipite bn̄dictionē

de preda hostiū dnī. His q
erant in bethel. et qui in
ramoth ad meridiē. et qui
in gether. et qui in aroer.
et qui in sephamoth. et q
in esthama. et qui in rathal.
et qui in urbibus cheni. et
qui in arama. et qui in
urbibus ieramel. et qui i
lacu asan. et qui in athac.
et qui in ebron: et reliquis
qui erant in hys locis in
quibus cōmoratus fuerat
dauid et viri eius. Ca xxxi.

Philistijm autē
pugnabāt adū
sū isrl. Et fuge
rūt viri isrl ante faciē phi
listijm: et ceciderūt interfecti
in monte gelboe. Irruerūt
qz philistijm in saul et fili
os eius: et percusserūt iona
thā et abynadab. et mel
chisue filios saul. Totūqz
pōdus plij versū est in sa
ul. Et cōsecuti sūt eū viri
sagittarij: et vulneratus ē
vehemēter a sagittarijs.
Dixitqz saul ad armigerū
suū. Euagina gladiū tuū
et pcute me: ne forte veni
ant incircūcisi isti et īterfi
ciant me illudētes mi. Et
noluit armiger eius: fuerat
enī nimio timore pterritus.
Arripuit itaqz saul gladi
ū: et irruit sup eū. Quod
cū vidisset armig eius vi
delicet qd mortuus esset sa
ul: irruit etiā ipse sup gla
diū suū et mortuus est cū
eo. Mortuus est ergo saul
et tres filij eius et armig
illius: et vniuersi viri eius
in die illa parit. Videntes
aūt filij isrl qui erāt trās
vallē. et trans iordanē qd
fugissent viri isrlite. et qd
mortuus esset saul et filij
eius: reliquerūt ciuitates
suas et fugerūt. Venerūt
qz philistijm: et habitaue
rūt ibi. Facta aūt die alte
ra venerūt philistijm ut ex
poliarēt interfectos: et īuene
rūt saul et tres filios eius
iacētes in monte gelboe.
Et pciderūt caput saul et

expoliauerunt eum armis: et
miserunt in terram philistinorum
per circuitum: ut annunciare
tur in templo ydolorum et in
populis. Et posuerunt ar
ma eius in templo astaroth:
corpus vero eius suspende
runt in muro bethsan. Quod
cum audissent habitatores
iabes galaad. quecumque fece
rant philistiim saul: surrexe
runt omnes viri fortissimi et
ambulauerunt tota nocte. et
tulerunt cadauer saul et ca
dauera filiorum eius de muro
bethsan. Veneruntque iabes:
et combusserunt ea ibi. Et tu
lerunt ossa eorum. et sepelierunt
in nemore iabes: et ieiu
nauerunt septem diebus. Expli
cit samuhel liber regum primus.
Incipit samuhel liber regum
secundus.
Factum est
autem post
quam mor
tuus est
saul. ut
dauid reuerteretur a cede a

malech: et maneret in sice
leg dies duos. In die autem
tercia apparuit homo veni
ens de castris saul: veste con
scissa et puluere aspersus ca
put. Et ut venit ad dauid:
cecidit super faciem suam et ado
rauit. Dixitque ad eum dauid.
Vnde venis? Qui ait ad
eum. De castris israel fugi. Et
dixit ad eum dauid. Quod
est verbum quod factum est?
Indica michi. Qui ait. Fu
git populus ex prelio: et mul
ti corruentes e populo mortu
i sunt. Sed et saul et iona
than filius eius interierunt.
Dixitque dauid ad adolescen
tem qui nunciabat ei. Vnde
scis quia mortuus est sa
ul et ionathan filius eius?
Et ait adolescens qui nar
rabat ei. Casu veni in mon
tem gelboe: et saul incumbe
bat super hastam suam. Porro
currus et equites appropin
quabant ei. Et conuersus post
tergum suum: vidensque me
vocauit. Cui cum respondis

seu assũ: dixit michi. Qui
nã es tu? Et aio ad eũ. A
malechites sũ. Et locutus
est michi. Sta sup me et i
terfice me: quia tenent me
angustie. et adhuc tota a
nima mea in me est. Stãs
qз sup eũ occidi illũ: sciebã
enĩ qđ viuere nõ poterat pt'
ruinã. Et tuli dyadema qđ
erat in capite eius. et armil
lã de brachio illius: et attu
li ad te dñm meũ huc. Ap
prehendẽs aũt dauid vesti
menta sua scidit. omñesqз
viri qui erãt cũ eo: et plãx
erũt et fleuerũt et ieiuna
uerũt vsqз ad vesperã sup
saul et sup ionathan filiũ
eius et sup pplm dñi et su
per domũ isrl': qđ corruis
sent gladio. Dixitqз dauid
ad iuuenẽ qui nũciauerat
ei. Vnde es? Qui respõdit.
Filius hominis aduene ama
lechite ego sũ. Et ait ad eũ
dauid. Quare nõ timuis
ti mittẽ manũ tuã: ut
occideres xpm dñi? Vocãs
qз dauid vnũ de pueris su
is ait. Accedẽs irrue in eũ.
Qui percussit illũ: et mor
tuus est. Et ait ad eũ da
uid. Sanguis tuus super
caput tuũ. Os enĩ tuũ lo
cutũ est aduersũ te dicẽs.
Ego interfeci xpm dñi. Planx
it aũt dauid planctũ hu
iuscemodi sup saul et sup
ionathan filiũ eius. et p
cepit ut docerent filios iuda
arcũ: sicut scriptũ est in li
bro iustorũ. Inclita isrl' su
per mõtes tuos interfecti sũt.
Quomodo ceciderũt fortes?
Nolite annunciare in geth.
neqз annunciatis in cõpetis
ascolonis: ne forte letent'
filie philistiim: ne exultẽt
filie incircũcisorũ. Mõtes
gelboe nec ros nec pluuie
veniãt sup vos. neqз sint
agri primiciarũ: quia i
bi abiectus est clipeus for
tiũ. clipeus saul. quasi nõ
esset vnctus oleo: a sãgui
ne interfectorũ ab adipe for
tiũ. Sagitta ionathã nũ

q̄m rediit retrorsū: et gladi
us saul nō est reversus ia
nis. Saul et ionathan a
mabiles et decori in vita su
a: in morte quoq; nō sūt
divisi. Aquilis velociores:
leonib; fortiores. Filie isrl'
sup saul flete: qui vestie
bat vos coccino in delicijs:
qui p̄bebat ornamēta au
rea cultui vr̄o. Quomodo
ceciderūt fortes in p̄lio? Jo
nathan in excelsis tuis oc
cisus est. Doleo sup te frat'
mi ionatha decore nimis:
et amabilis sup amorem
mulierū. Sicut mater vni
cū amat filiū suū: ita te
diligebā. Quomodo ceci de
rūt robusti: et perierunt
arma bellica? Caplm ij.

Igitur post hec cō
suluit david dn̄m
dicens. Num ascē
dā in unā de civitatib; iu
da? Et ait dn̄s ad eū. Ascē
de. Dixitq; david. Quo as
cendā? Et respondit ei. In
hebron. Ascendit ergo da
uid et due uxores eius: achi
noem iezrahelites. et abi
gail uxor nabal carmeli.
Sed et viros qui erant cū
eo duxit david singulos
cū domo sua: et manserūt
in oppidis hebron. Vene
runtq; viri iuda: et unxerūt ibi
david ut regnaret sup do
mū iuda. Et nūciatū est
david: qđ viri iabes gala
ad sepelissent saul. Misit
ergo david nūcios ad viros
iabes galaad: dixitq; ad
eos. Benedicti vos dn̄o:
qui fecistis misc'diam hāc
cū dn̄o vr̄o saul: et sepelis
tis eū. Et nūc retribuet qui
dē vobis dn̄s misericordiā
et veritatē. Sed et ego red
dā gratiā: eo qđ fecistis v'
bū istud. Cōfortentur ma
nus vr̄e: et estote filij forti
tudinis. Licet eñ mortuus
sit dn̄s vester saul: tamen
me unxit domus iuda regē
sibi. Abner autē filius ner
p̄nceps exercitus saul. tu
lit hisboseth filiū saul et

circumduxit eū per castra: re
gē͡q; cōstituit sup galaad.
et sup gessuri. et sup iezrahel.
et sup ephraim. et sup ben
iamin: et sup isrl' uniuersū.
Quadraginta annorū erat
hysboseth filius saul cum
regnare cepisset sup isrl':
et duob; ānis regnauit. So
la aūt domus iuda seq̄ba
tur dauid. Et fuit nume
rus dierū quos cōmorat⁹
est dauid īperans in hebrō
sup domū iuda: septē an
norū et sex mensiū. Egres
susq; est abner fili⁹ ner. et
pueri hysboseth filij saul de
castris in gabaon. Porro
ioab filius saruie et pueri
dauid egressi sūt: et occur
rerūt eis iuxta piscinā ga
baon. Et cū in unū cōue
nissent e regione sederūt: hij
ex una parte piscine. et illi
ex altera. Dixitq; abner
ad ioab. Surgant pueri:
et ludant corā nobis. Et
respondit ioab. Surgāt.
Surrexerūt ergo. et transie
rūt numero duodecī de be
iamin ex parte hysboseth
filij saul: et duodecī de pu
eris dauid. Apprehensoq; u
nusquisq; capite cōparis
sui. defixit gladiū in latus
cōtrarij: et ceciderūt simul.
Uocatūq; ē nomē loci illi⁹:
ager robustorū in gabaō.
Et ortū est bellū durū sa
tis in die illa. Fugatusq;
est abner et uiri isrl' a pue
ris dauid. Erant aūt ibi
tres filij saruie: ioab. et ab
ysai. et asahel. Porro asahel
cursor uelocissimus fuit:
quasi unus ex capreis que
morant' in siluis. Psequē
bat' aūt asahel abner: et
nō declinauit ad dexterā ne
q; ad sinistrā omittēs pse
qui abner. Respexit itaq;
abner post tergū suū: et
ait. Tu ne es asahel? Qui
respōdit. Ego sū. Dixitq;
ei abner. Uade ad dexterā
siue ad sinistrā: et apphē
de unū de adolescentib;: et
tolle tibi spolia eius. No

luit aūt asahel omittere: q̄n
urgeret eū. Rursumq; locut⁹
est abner ad asahel. Rece
de noli me sequi: ne cōpel
lar cōfodere te in terrā: et
leuare nō potero faciē me
am ad ioab fratrē tuū. Qui
audire contēpsit: et nolu
it declinare. Percussit ergo
eū abner auersa hasta in
inguine et trāsfodit: et mor
tuus est in eodē loco. Oēs
q; qui transibāt per locū
in quo ceciderat asahel et
mortuus erat: subsistebāt.
Persequentibz aūt ioab et
abysai fugientē abner:
sol occubuit. Et venerūt
usq; ad collē aqueductus:
que est ex aduerso vallis
et itineris deserti in gaba
on. Cōgregatiq; sūt filij
beniamin ad abner: et
cōglobati in unū cuneū
steterūt in sūmitate tumu
li unius. Et exclamauit
abner ad ioab: et ait. Nū
usq; ad internecionē tuus
mucro deseuiet? An igno
ras q̄d periculosa sit despe
ratio? Usq; quo nō dicis
pplō: ut omittat psequi
frēs suos? Et ait ioab. Vi
uit dn̄s si locutus fuisses
mane: recessisset pplūs p
sequens fratrē suū. Inso
nuit ergo ioab buccina et
stetit omn̄s exercitus: nec
psecuti sūt ultra isrl̄: neq;
inierē certamē. Abner aūt
et viri eius abierūt per cā
pestria tota nocte illa et
transierūt iordanē: et lus
trata omī bethoron vene
rūt ad castra. Porro ioab
reuersus omisso abner cō
gregauit omnē pplm̄: et
defuerūt de pueris dauid de
cem et nouē viri. excepto
asahel. Serui aūt dauid
percusserūt de beniamin et
de viris qui erant cū abner
trecētos sexaginta: qui et
mortui sūt. Tulerūtq; asa
hel: et sepelierūt eū in se
pulchro patris sui in beth
leem. Et ābulauerūt tota
nocte ioab et viri qui erāt

cū eo: et in ipso crepusculo
pervenerūt in hebron. Cap
Facta est ergo iij.
longa cōcertatio
inter domū saul
et inter domū david. Da
vid pficiens et semp seipso
robustior: domus autē sa
ul decrescens cotidie. Nati
qz sūt filij david in hebrō.
Fuitqz primogenitus eius
amnon. de achinoem iezra
helite: et post eū chelaab
de abygail uxore nabal
carmeli. Porro tercius ab
salon: filius maacha. fi
lie tholomai regis gessur.
Quartus autē adonias fi
lius aggith: et quītus sa
fatia filius abithal. Sex
tus quoqz ietraam: de a
gla uxore david. Hij sūt
nati david in hebron. Cū
ergo esset preliū inter do
mū saul et domū david:
abner filius ner regebat
domū saul. Fuerat autē
sauli cōcubina nomine
ressa: filia ahiā. Dixitqz
hysboseth ad abner. Qua
re ingressus es ad cōcubinā
pris mei? Qui iratus ni
mis pter verba hysbo
seth. ait. Numquid caput
canis ego sū adversū iu
dā hodie qui fecerim mise
ricordiā sup domū saul
pris tui et sup fres et pxi
mos eius: et nō tradidi te i
manu david. tu requisisti
in me qđ arguēs pro mu
liere hodie? Hec faciat de
us abner et hec addat ei:
nisi quomodo iuravit
dñs david sic faciā cū eo.
ut transferat regnū de do
mo saul: et elevet thronū
david sup isrl et sup iudā.
a dan usqz bersabee. Et nō
potuit ei respondē quicqꝫ:
quia metuebat illū. Mi
sit ergo abner nūcios ad
david pro se dicētes. Cuius
est terra? Et ut loquerent.
Fac mecū amicicias: et
erit manus mea tecū: et
reducā ad te universū is
rael. Qui ait. Optime ego

faciā tecū amicicias: sed v
nā tecu peto a te dicens.
Nō videbis faciē meā an
teq̄ adduxeris michol fi
liā saul: et sic venies et
videbis me. Misit aūt da
uid nūcios ad hisboseth
filiū saul dicens. Redde
vxorē meā michol: quā
despondi michi centū pre
pucijs philisthijm. Misit
ergo hisboseth: et tulit eā
a viro suo faltiel filio la
ys. Sequebaturq; eā vir su
us plorans vsq; bahurim.
Et dixit ad eū abner. Va
de reuertē. Qui reuersus
est. Sermonē quoq; intu
lit abner ad seniores isrl'.
dicens. Tam heri q̄ nudi
usterciūs q̄rebatis dauid:
ut regnaret sup vos. Nūc
ergo facite: qm dn̄s locu
tus est ad dauid dicēs. In
manu serui mei dauid
saluabo pplm meū isrl'.
de manu philisthijm et ō
niū inimicorū eius. Locu
cutus est aūt abner etiā
ad beniamin: et abijt ut
loqueret' ad dauid in hebrō
omnia que placuerat isrl'
et uniuerso beniamin. Ve
nitq; ad dauid in hebron
cū viginti viris: et fecit da
uid abner et viris eius q̄
venerāt cū eo conuiuiū. Et
dixit abner ad dauid. Sur
gā ut cōgregē ad te dn̄m
meū regē omnē isrl'. et ie
am tecū fedus: et imperes ō
nibus sicut desiderat aīma
tua. Cū ergo deduxisset da
uid abner et ille isset in pa
ce: statī pueri dauid et io
ab venerūt cesis latronib;
cū preda magna nimis.
Abner aūt nō erat cū da
uid in hebron qm dimise
rat eū et pfectus erat in
pace: et ioab et omīs exer
citus qui erat cū eo postea
venerāt. Nūciatū est ita
q; ioab a narrantib;. Ve
nit abner filius ner ad
regē: et dimisit eū. et abi
it in pace. Et ingressus est
ioab ad regē: et ait. Qd

fecisti? Ecce venit abner ad
te. Quare dimisisti eum et
abiit et recessit? Ignoras
abner filium ner quoniam ad hoc
venit ut deciperet te. et sci-
ret exitum tuum et introitum
tuum: et nosset omnia que
agis. Egressus itaque ioab
a david misit nuncios post
abner: et reduxit eum a ci-
sterna sira ignorante david.
Cumque redisset abner in he-
bron: seorsum abduxit eum
ioab ad medium porte. ut
loqueretur ei in dolo. Et per-
cussit eum ibi in inguine: et
mortuus est in ultionem
sanguinis asahel fratris eius.
Quod cum audisset david
rem gestam. ait. Mundus
ego sum et regnum meum apud
dominum usque in sempiternum
a sanguine abner filii ner:
et veniat super caput ioab
et super omnem domum patris
eius: nec deficiat de do-
mo ioab fluxum seminis
sustinens. et leprosus: te-
nens fusum. et cadens gladi-
o. et indigens pane. Igitur
ioab et abysai frater eius
interfecerunt abner: eo quod
occidisset asahel fratrem eo-
rum in gabaon in prelio.
Dixit autem david ad ioab:
et ad omnem populum qui erat
cum eo. Scindite vestimenta
vestra. et accingimini saccis:
et plangite ante exequi-
as abner. Porro rex da-
vid sequebatur feretrum. Cum-
que sepelissent abner in he-
bron: levavit rex vocem su-
am et flevit super tumulum
abner. Flevit autem et omnis
populus. Plangensque rex
abner ait. Nequaquam ut
mori solent ignavi mor-
tuus es abner. Manus
tue non sunt ligate: et pe-
des tui non sunt compedibus
aggravati: sed sicut so-
lent cadere coram filiis ini-
quitatis corruisti. Congemi-
nansque omnis populus fle-
vit super eum. Cumque venisset
universa multitudo ci-
bum capere cum david. clara

adhuc die: iurauit dauid
dicens. Hec faciat michi
deus et hec addat: si ante
occasū solis gustauero pa-
nē vel aliud quicq̄. Omīs
q̄ pplus audiuit: et placu-
erūt eis cūcta que fecit rex
in cōspectu totius populi.
Et cognouit omē vulg⁹
et vniuersus isrl' in die il-
la: qm̄ nō actū fuisset a
rege ut occideret abner fili-
us ner. Dixit quoq; rex ad
seruos suos. Nū ignoratis
q̄m princeps et maximus
cecidit hodie in isrl'? Ego
aūt adhuc delicat⁹ et vnct⁹
rex. Porro viri isti filij sar-
uie duri michi sūt. Retri-
buat dn̄s facienti malū
iuxta maliciā suā. Capl' iiij.
Audiuit autē
filius saul qd' ce-
cidisset abner in
hebron et dissolute sūt ma-
nus eius: omīsq; isrl' ptur-
batus est. Duo aūt viri
principes latronū erant
filio saul: nomē vni baa-
na. et nomē alteri rechab.
filij remon berothite de fili-
is beniamin. Siquidē et be-
roth reputata est in benia-
min. Et fugerūt berothi-
te in gethaim: fueruntq; i-
bi aduene vsq; in tēpus il-
lud. Erat aūt ionathe fili-
o saul filius debilis pedibus.
Quinquēnis enī fuit: quā-
do venit nūcius de saul et
ionatha ex iezrahel. Tol-
lens q; eū nutrix sua fugit.
Cūq; festinaret ut fugeret:
cecidit et claudus effectus
est. Habuitq; vocabulū
miphiboseth. Venientes
igitur filij remon berothi-
te rechab et baana: ingressi
sūt feruente die domū hys-
boseth. Qui dormiebat su-
per stratū suū meridie: et
ostiaria domus purgans
triticū obdormiuit. Assu-
mētes spicas tritici latent'
ingressi sūt: et percusserūt
eū in inguine rechab et ba-
ana frater eius et fugerūt.
Cū aūt ingressi fuissent

domū. ille dormiebat sup
lectū suū in cōclaui: et per
cucientes interfecerunt e
ū. Sublatoq; capite eius
abierunt per viā deserti to
ta nocte: et attulerunt cap̄t
hysboseth ad dauid in he
bron. Dixeruntq; ad regē.
Ecce caput hysboseth filij
saul inimici tui qui q̄rebat
aīam tuā: et dedit dn̄s do
mino nr̄o regi vltiones
hodie de saul et de semīe eiꝰ.
Respōdens aūt dauid rechab
et baana fratri eius filijs
remon berothei: dixit ad
eos. Viuit dn̄s qui eruit aī
mā meā de omī angusti
a: qm̄ eū qui ānūciauerat
michi et dixerat mortuus
est saul. qui putabat se
pspera nūciare tenui et
occidi eū in syceleg: cui o
portebat mercedē me dare
pro nūcio. Qn̄to magis
nūc cū homīes impij int̄
fecerunt virū innoxiū in do
mo sua. sup lectū suū: nō
querā sanguinē eius de ma
nu vr̄a et auferā vos de t̄
ra? Pcepit itaq; dauid pu
eris: et interfecerunt eos. Pre
cidentesq; manus et pedes
eorū: suspenderunt eos sup
piscinā in hebron. Caput
aūt hisboseth tulerunt: et
sepelierunt in sepulchro ab
ner in hebron. Capl'm v.

Et venerunt vniu̇
se tribus isrl' ad
dauid in hebron.
dicētes. Ecce nos os tuū et
caro tua sumꝰ. Sed et heri
et nudiustercius cū esset
saul rex sup nos: tu eras
educēs et reducēs isrl'. Dix
it aūt dn̄s ad te. Tu pas
ces p̄plm meū isrl': et tu eris
dux sup israel. Venerunt q̄
et senes de isrl' ad regē in
hebron. Et percussit cū eis
rex dauid fedus in hebrō
corā dn̄o: vnxeruntq; da
uid in regē sup isrl'. Filius
triginta ānorū erat da
uid cū regnare cepisset: et
q̄draginta ānis regnauit.
In hebron regnauit sup

iudā septē ānis et sex men-
sibus: in ihrlm aūt reg-
nauit triginta et trib9 an-
nis sup omnē isrl' et iudā.
Et abijt rex et omēs viri
qui erant cū eo in ihrlm:
ad iebuseū habitatorē
terre. Dictūq; est ad da-
uid ab eis. Nō ingredie-
ris huc: nisi abstuleris
cecos et claudos dicentes.
Nō ingredietur dauid huc.
Cepit aūt dauid arcē sy-
on: hec est ciuitas dauid.
Posuerat eī dauid in
die illa premiū qui pcus-
sisset iebuseū. et tetigisset
domatū fistulas: et abstu-
lisset cecos et claudos odi-
entes aīam dauid. Idcir-
co dicitur in puerbio. Cecus
et claudus nō intrabūt
templū. Habitauit aūt
dauid in arce: et vocauit
eā ciuitatē dauid: et edi-
ficauit per gyrū a mello
et intrinsecus. Et ingredie-
batur pficiens atq; suc-
crescens: et dn̄s deus exerci-
tuū erat cū eo. Misit quoq;
hyram rex tyri nūcios ad
dauid. et ligna cedrina et
artifices lignorū. artifices
q; lapidū ad parietes: et
edificauerūt domū dauid.
Et cognouit dauid qm̄ cō-
firmasset eū dn̄s regē su-
per isrl': et qm̄ exaltasset
regnū eius sup pplm suū
isrl'. Accepit ergo dauid
adhuc cōcubinas et uxo-
res de ihrlm: postq̄ vene-
rat de hebron. Natiq; sūt
dauid et alij filij et filie.
Et hec nomīa eorū: qui
nati sūt ei in ihrlm. Sa-
mua. et sobab. et nathā.
et salomon. et ybaar. et
helysua. et nepheg. et ia-
phia. et helisama. et heli-
da. et heliphelech. Audierūt
vero philisthijm qd' vnxis-
sent dauid regē sup isrl':
et ascenderūt vniuersi ut
quererent dauid. Quod cū
audisset dauid: descendit
in p̄sidiū. Philisthijm aūt
venientes: diffusi sūt ī val-

le raphaim. Et cōsuluit da
uid dñm dicens. Si ascen
dā ad philistijm. et si da
bis eos in manu mea? Et
dixit dñs ad dauid. Ascen
de: quia tradens tradam
philistijm in manu tua.
Venit ergo dauid in baal
pharasim: et percussit eos
ibi. Et dixit. Diuisit dñs
inimicos meos corā me: si
cut diuiduntur aque. Propte
rea vocatū est nomē loci
illius baalpharasim. Et
reliquerūt ibi sculptilia
sua: que tulit dauid et vi
ri eius. Et addiderūt ad
huc philistijm ut ascende
rent: et diffusi sunt in val
le raphaim. Cōsuluit aūt
dauid dñm. Qui respon
dit. Nō ascendas: sed gy
ra post tergū eorū: et ve
nies ad eos ex aduerso pi
rorū. Et cū audieris soni
tū gradientis in cacumine
pirorū: tūc inibis preliū:
quia tūc egredietur dñs an
te faciē tuā. ut percutiat
castra philistijm. Fecit ita
qz dauid sicut preceperat ei
dñs: et percussit philistijm
de gabaa usqz dū venias
i geser. Capl' vi.
Congregauit
aūt rursū dauid
omnes electos ex isrl' trigi
ta milia: surrexitqz et abi
it et uniuersus populus qui
erat cū eo de viris iuda:
ut adducerent archā dei
sup quā inuocatū est no
men dei exercituū sedentis
in cherubin sup eā. Et i
posuerūt archā dñi sup
plaustrū nouū: tulerūt
qz eā de domo aminadab
qui erat in gabaa. Oza
aūt et haio filij amina
dab minabant plaustrū
nouū. Cūqz tulissent eā
de domo aminadab qui e
rat in gabaa custodiēs
archā dei: haio precedebat
archā. Dauid aūt et o
mis isrl' ludebant corā
dño: in omnibz lignis fa
brefactis. et cytharis et

liris. et tympanis et sistris.
et cymbalis. Postq̄ aūt
venerūt ad areā nachor
extendit manū oza ad
archā dei. et tenuit eā: quo-
calcitrabāt boues et de-
clinauerāt eā. Iratusq̄ʒ
ē idignatione dn̄s cont̄ o-
zam: et percussit eū sup te-
meritatē. Qui mortuus
est ibi iuxta archā dei. Cō-
tristatus est aūt dauid:
eo q̄d percussisset dn̄s ozā.
Et vocatū est nomē loci
illius percussio oze: usq̄ʒ i
diē hanc. Et extimuit da-
uid dn̄m in die illa di-
cens. Quomō ingredietᷣ
ad me archa dn̄i? Et no-
luit deuertere ad se archā
dn̄i in ciuitatē dauid: sed
deuertit eā in domū obe-
dedom gethei. Et habita-
uit archa dn̄i in domo o-
bededom gethei. trib; mē-
sibus. Et benedixit dn̄s o-
bededom et omnē domū
eius. Nūciatūq̄ʒ est regi da-
uid: quia benedixisset do-
minus obededom et omīa
eius ꝓpter archā dei. Abijt
ergo dauid: et adduxit ar-
chā dei de domo obededom
in ciuitatē dauid cū gau-
dio. Cūq̄ʒ trāscendissent q̄
portabāt archā dn̄i sex
passus: imolabāt bouē
et arietē. Et dauid salta-
bat totis virib; ante dn̄m.
Porro dauid accinctus e-
rat ephod lineo. Et dauid
et omīs domus isrl' duce-
bant archā testamēti dn̄i:
in iubilo. et in clangore
bucine. Cūq̄ʒ intrasset ar-
cha dn̄i in ciuitatē dauid:
michol filia saul ꝓspici-
ens per fenestrā. vidit re-
gem dauid subsilientē at-
q̄ʒ saltantē corā dn̄o. et des-
pexit eū in corde suo. Et in-
troduxerūt archā dei et
posuerūt eā in loco suo.
in medio tabernaculi qd̄
tetenderat ei dauid. Et ob-
tulit dauid holocausta
corā dn̄o et pacifica. Cū-
q̄ʒ cōplesset offerens holo-

cauistū et pacifica: bene
dixit pplīn in nomīe dn̄i
exercituū. et partitus est
uniuerse multitudini isrl'
tam viro q̄ mulieri singu
lis collirida panis unā.
et assaturā bubale carnis
unā: et similā frixā oleo
Et abijt omnīs pplis un⁹
quisq; in domū suā. Reu
sus q; ē dauid: ut bn̄diceret
domum suē. Et egressa mi
chol filia saul in occursū
dauid ait. Q̄m gloriosus
fuit hodie rex isrl' discoope
riens se ante ancillas ser
uorū suorū: et nudatus ē
quasi si nudet' unus de scur
ris. Dixitq; dauid ad mi
chol. Ante dn̄m qui elegit
me potius q̄ patrē tuū
et q̄ omnē domū ei⁹. et p̄ce
pit michi ut essem dux su
per pplīn dn̄i isrl'. et ludā
et vilior fiā plusq̄ factus
sū. et ero humilis in oculis
meis: et cū ancillis de q̄
bus locuta es gloriosior
apparebo. Igit' michol filie
saul nō est natus filius:
usq; ad diē mortis sue.

Cap̄ vii.

Factū est autē cū sedisset
rex in domo sua.
et dn̄s dedisset ei requiem
undiq; ab uniuersis inimi
cis suis: dixit ad nathan
p̄phetā. Vides ne q͞d ego
habitē in domo cedrina:
et archa dei posita sit. in
medio pelliū. Dixitq; na
than ad regē. Omē quod
est in corde tuo vade fac:
quia dn̄s tecū est. Factū ē
autē in nocte illa: et ecce
sermo dn̄i ad nathan di
cens. Vade. et loq̄re ad ser
uū meū dauid. Hec dicit
dn̄s. Nūquid tu edificab'
michi domū ad habitan
dū. Neq; enī habitaui i
domo ex die qua eduxi fili
os isrl' de terra egipti. usq;
in diē hanc: sed ambula
bā in tabernaculo et in te
torio per cuncta loca que
transiui cū omnib; filijs is
rael. Nūquid loquēs locu

tus sū ad vnā de tribubꝫ
isrl' cui p̄cepi ut pasceret
ꝑplm̄ meū isrl' dicens: q̄re
nō edificasti michi domū
cedrinā? Et nūc hec dices
seruo meo dauid. Hec di
cit dn̄s exercituū. Ego tu
li te de pascuis sequentem
greges. ut esses dux super
ꝑplm̄ meū isrl': et fui tecū
in omnibus vbicūq; ābu
lasti. et interfeci vniuersos
īimicos tuos a facie tua.
Feciq; tibi nomē grande
iuxta nomē magnorū
qui sūt in terra: et ponā
locū ꝑplō meo isrl': et plā
tabo eū et habitabo cū
eo. et nō turbabit' āplius:
nec addent filij īiquitatis
ut affligant eū sicut pri
us. ex die qua cōstitui iu
dices sup ꝑplm̄ meū isrl':
et requiē dabo tibi ab ō
nibꝫ īimicis tuis. Predicit
q; tibi dn̄s: qđ domū fa
ciat tibi dn̄s. Cūq; cōple
ti fuerint dies tui et dormi
eris cū patribꝫ tuis: susci
tabo semen tuū post te. qđ
egredietur de utero tuo: et fir
mabo regnū eius. Ipse e
dificabit domū nomīi me
o: et stabiliā thronū reg
ni eius vsq; in sempiternū.
Ego ero ei in patrē: et ipse
erit michi in filiū. Qui si
īique aliquid gesserit: ar
guā eū in virga virorū.
et in plagis filiorū hoīm.
Misericordiam aūt meā non
auferā ab eo: sicut abstu
li a saul quē amoui a fa
cie mea. Et fidelis erit do
mus tua. et regnū tuū vs
q; ineternū ante faciē me
am: et thronus tuus erit
firmus iugiter. Secundū ōni
a verba hec et iuxta vni
uersā visionē istā: sic lo
cutus est nathan ad da
uid. Ingressus est aūt rex
dauid. et sedit corā dn̄o:
et dixit. Quis ego sū dn̄e
deus et que domus mea:
quia adduxisti me huc
vsq;? Sed et hoc paruū vi
sū est in cōspectu tuo do

mine deus: nisi loq̄reris e
tiā de domo serui tui in lō
ginquū. Ista est enī lex a
dam dn̄e deus. Quid ergo
addē poterit adhuc dauid
ut loquat̄ ad te? Tu enī
scis seruū tuū dn̄e deus.
Pter verbū tuū. et scdm
cor tuū fecisti om̄ia mag
nalia hec: ita ut notū fa
ceres seruo tuo. Idcirco mag
nificatus es dn̄e deus: q̄a
nō est similis tui: neq; est
deus extra te. in omnibus
que audiuim' auribz nos
tris. Que est aūt ut p̄plus
tuus isrl' gens in terra. p̄p
ter quā iuit deus ut redi
meret sibi eā in p̄plm. et
poneret sibi nomē. faceretq;
eis magnalia et horribili
a sup terrā: a facie p̄pli
tui quē redemisti tibi ex e
gipto gente et deo eius?
Et firmasti tibi p̄plm tuū
isrl' in p̄plm sempiternū:
et tu dn̄e factus es eis in
deū. Nunc ergo dn̄e deus v
bū qd' locutus es sup ser
uū tuū et sup domū eius
suscita in sempiternū: et
fac sicut locutus es. et mag
nificet̄ nomē tuū usq; in
sempiternū: atq; dicat̄.
Dn̄s exercituū deus sup is
rael. Et domus serui tui
dauid erit stabilita corā
dn̄o: quia tu dn̄e exercitu
ū deus isrl' reuelasti auri
culā serui tui dicēs. Do
mū edificabo tibi. Pter
ea īuenit seruus tuus cor
suū: ut oraret te oratiōē
hac. Nunc ergo dn̄e deus
tu es deus: et verba tua e
runt vera. Locutus es enī
ad seruū tuū bona hec.
Incipe igit̄ et benedic do
mui serui tui ut sit in se
piternū corā te: quia tu
dn̄e deus locutus es et bn̄
dictione tua benedicet̄ do
mus serui tui in sēpiternū.

F Actū Capl'm viii
est autē post hec
pcussit dauid
philisthim: et humiliauit e
os. Et tulit dauid frenū tri

buti de manu philistijm.
Et percussit moab: et men
sus est eos funiculo coequās
terre. Mensus est autē du
os funiculos: vnū ad oc
cidendū: et vnū ad viuifi
candū. Factusq3 est moab
dauid seruiens sub tribu
to. Et percussit dauid ada
dezer. filiū rohob. regē so
ba: quādo pfectus est ut do
minaretur sup flumen eu
fraten. Et captis dauid
ex parte eius mille septin
gentis equitib3. et viginti
milib3 peditū: subnerua
uit omēs iugales curruū.
Dereliquit autē ex eis cen
tū currus. Venit quoq3
syria damasci: ut psidiū
ferret adadezer regi soba.
Et percussit dauid de syria
viginti duo milia viroꝝ.
Et posuit dauid psidiū
in syria damasci: factaq3
est syria. dauid seruiens
sub tributo. Seruauit do
minus dauid: in omnib3
ad quecūq3 pfectus ē. Et tulit
dauid arma aurea que ha
bebant serui adadezer: et
detulit ea in ierlm. Audi
uit autē thou rex emath.
qd percussisset dauid omē
robur adadezer: et misit thou
ioram filiū suū ad regē
dauid ut salutaret eū. cō
gratulans. et gracias age
ret. eo qd expugnasset a
dadezer. et percussisset eum.
Hostis quippe erat thou
adadezer. Et in manu eius
erant vasa argentea. et
vasa aurea. et vasa erea:
que et ipsa sanctificauit
rex dauid domino. cum
argento et auro. que sāc
tificauerat de vniuersis gē
tib3 quas subegerat de sy
ria et moab. et filijs am
mon et philistijm. et a
malech: et de manubijs
adadezer filij rohob. regis
soba. Fecit quoq3 dauid no
men sibi cū reuerteretur cap
ta syria in valle salinaꝝ.
cesis duodecim milib3. Et po
suit in ydumea custodes:

statuitq; p̄sidiū. Et facta
est uniuersa ydumea ser
uiens dauid. Et seruauit
dn̄s dauid in om̄ibȝ ad q̄
cūq; pfectus est. Et regna
uit dauid sup omnē isrl̄.
Faciebat quoq; dauid iudi
ciū et iusticiā om̄i pplo suo.
Joab aūt filius seruie erat su
per exercitū. Porro iosaphat
filius ahilud erat a commen
tariis: et sadoch filius achi
tob. et achimelech filius a
biathar sacerdotis. et sarai
as scriba. Banaias autē
filius ioiada sup cerethi et
phileti. Filii aūt dauid sac
dotes erant. Capitulū ix.

ET dixit dauid. Pu
tas ne est aliq̄s
qui remanserit
de domo saul vt faciā cū e
o misericordiā ꝑpter iona
than? Erat aūt de domo
saul seruus nomīe syba.
Quē cū vocasset ad se rex:
dixit ei. Tu ne es syba? Et
ille respondit. Ego sū suus
tuus. Et ait rex. Num sup
est aliquis de domo saul.
ut faciā cū eo misc̄diā dei?
Dixitq; syba regi. Super
est filius ionathan debil
pedibȝ. Ubi inquit est? Et
syba ad regē. Ecce ait in do
mo est machir filii amihel
in lodabar. Misit ergo rex
dauid: et tulit eū de domo
machir filii amihel de loda
bar. Cū aūt venisset mi
phiboseth filius ionathā
filii saul ad dauid: corruit
in faciē suā et adorauit.
Dixitq; dauid. Miphibo
seth. Qui respondit. Assū
seruus tuus. Et ait ei da
uid. Ne timeas: quia fa
ciens faciā in te misc̄diā
ꝑpter ionathan patrē tuū:
et restituā tibi omēs agros
saul pr̄is tui: et tu come
des panē in mensa mea
semp. Qui adorans eum
dixit. Quis ego sū seruus
tuus? q̄m respexisti super
canē mortuū similē mei.
Vocauit itaq; rex sybam
puerū saul: et dixit ei. Om

a queamq; fuerũt saul. et
uniuersã domũ eius: dedi
filio dñi tui. Operare igit'
ei terrã tu et filij tui et serui
tui: et inferes filio dñi tui ci-
bos ut alat'. Miphiboseth
aũt filius dñi tui: comedet
semp panẽ sup mensã me-
am. Erant aũt syba quĩde-
cim filij: et viginti serui.
Dixitq; syba ad regẽ. Sicut
iussisti dñe mi rex seruo tu-
o sic faciet seruus tuus: et
miphiboseth comedet super
mensã tuã. quasi vnus de
filijs regis. Habebat autẽ
miphiboseth filiũ paruulũ
nomĩe micha. Omnis vero
cognatio domus syba ser-
uiebat miphiboseth. Por-
ro miphiboseth habitabat
in ierlm. quia de mensa re-
gis iugit' vescebat': et erat
claudus vtroq; pede. Capl'

Factũ est aũt x.
post hec vt more-
ret' rex filior' am-
mon: et regnaret anon fi-
lius eius p eo. Dixitq; dauid.

Faciã misericordiam cũ anon
filio naas: sicut fecit pat'
eius mecũ misericordiã. Mi-
sit ergo dauid cõsolans eũ
per seruos suos: sup pr̃is
interitu. Cũ aũt venissent
serui dauid in terrã filiorũ
ãmon: dixerũt principes fi-
liorũ ãmon ad anon dñm
suũ. Putas qđ pp' hono-
rem pr̃is tui. dauid miserit
ad te cõsolatores: et nõ ide-
o ut inuestigaret et explora-
ret ciuitatẽ. et euerteret eã
misit dauid seruos suos
ad te. Tulit itaq; anon ser-
uos dauid: rasitq; dimidi-
am partẽ barbe eor': et p̃-
cidit vestes eorũ medias
vsq; ad nates: et dimisit
eos. Quod cũ nũciatũ es-
set dauid: misit in occursũ
eorũ. Erant eñi viri cõfusi
turpit' valde. Et mãdauit
eis dauid. Manete iericho
donec crescat barba vr̃a:
et tũc reuertimini. Videntes
aũt filij ãmon qđ iniuriã
fecissent dauid: miserunt

et cõduxerũt mercede syrũ
rohob. et syrũ soba. viginti
milia peditũ: et a rege
maacha mille viros: et ab
ysthob duodecĩ milia viro
rũ. Quod cũ audisset da
uid: misit ioab et omnẽ
exercitũ bellatorũ. Egressi
sũt ergo filij ãmon: et di
rexerũt aciẽ ante ipm̃ itro
itũ porte. Syrus aũt soba
et rohob et ysthob et maa
cha seorsũ erant in campo.
Videns igit ioab qđ ꝑpara
tũ esset aduersũ se preliũ
et ex aduerso et post tergũ:
elegit ex omĩbus electis isrl.
et instruxit aciẽ contra syrũ.
Reliquã aũt partẽ pp̃li tra
didit abysai fratri suo. Q̃
direxit aciem aduersũ fili
os ãmon. Et ait ioab. Si
ꝑualuerint aduersũ me
syri: eris michi in adiutori
ũ. Si aũt filij ãmon ꝑua
luerint aduersũ te: auxilia
bor tibi. Esto vir fortis: et
pugnemus pro pplõ nr̃o et
ciuitate dei nr̃i. Dñs autẽ

faciet quod bonũ est in cõ
spectu suo. Iniit itaq; ioab
et pp̃lus eius qui erat cũ eo
certamẽ contra syros: qui
statim fugerũt a facie eius.
Filij aũt ãmon videntes qđ
fugissent syri. fugerũt et ip
si a facie abysai: et ingressi
sũt ĩ ciuitatẽ. Reversusq; est
ioab a filijs ãmon: et venit
ierlm̃. Videntes igit syri q
niã corruissent corã isrl:
cõgregati sũt parit. Misit
q; adadezer et eduxit syros
qui erãt trans fluuiũ: et
adduxit exercitũ eorũ. So
bach aũt magister milicie
adadezer. erat princeps eorũ.
Qđ cũ nũciatũ esset dauid
cõtraxit omnẽ isrl et trãsi
uit iordanem: venitq; in he
lema. Et direxerũt aciẽ syri
ex aduerso dauid: et pugna
uerũt contra eũ. Fugeruntq; sy
ri a facie isrl. Et occidit da
uid de syris septingẽtos cur
rus. et quadraginta milia
equitũ: et sobach principẽ
milicie percussit: qui statim

mortuus est. Videntes autē
vniuersi reges qui erant in
p̄sidio adadezer. victos se ab
isrl'. fecerūt pacē cū isrl'. et
seruierūt eis. Timueruntq;
syri auxiliū p̄bere filiis am
mon. Capl' xi.

Factū est autē verte
te āno eo tēpore
quo solent reges ad bella
procedere: misit dauid ioab
et seruos suos cū eo et vni
uersū isrl'. et vastauerūt
filios āmon. et obsederūt
rabbath. Dauid autē remā
sit in ihrlm. Dū hec agerē
tur: accidit ut surgeret da
uid de stratu suo post meri
diem. et deābularet in sola
rio domus regie. Viditq;
mulierē se lauantē ex aduer
so sup solariū suū. Erat autē
mulier pulchra valde. Mi
sit ergo rex: et requisiuit q̄
esset mulier. Nūciatūq; est
ei: qd' ipa esset bethsabee
filia heliam. vxor vrie het
thei. Missis itaq; dauid
nūciis tulit eā. Que cum
militer: necnō et helon cū
suburbanis suis: et gethre-
mon in eundē modū. Por-
ro ex dimidia tribu ma-
nasse aner et suburbana
eius. balaam et suburba-
na illius: hiis videlicet qui
de cognatione filiorū caath
reliqui erāt. Filiis autem ger-
son de cognatione dimi-
die tribus manasse gau-
lon in basan et suburba-
na eius: et astaroth cum
suburbanis suis. De tri-
bu ysachar. cedes et subur-
bana eius. et daberath cū
suburbanis suis: ramoth
quoque et suburbana illius:
et anem cū suburbanis
suis. De tribu vero aser:
masal cū suburbanis su-
is. et abdon similiter. Asac

quoque et suburbana eius:
et roob cū suburbanis su-
is. Porro de tribu neptali
cedes in galilea et subur-
bana eius: amon cū sub-
urbanis suis: et cariatha-
im et suburbana eius. Fili-
is autem merari residuis de
tribu zabulon. remono
et suburbana eius: et tha-
bor cū suburbanis suis.
Trans iordanem quoque ex
adverso iericho cōtra orien-
tem iordanis. de tribu ru-
ben bosor in solitudine
cū suburbanis suis: et ia-
sa cū suburbāis suis. Cade-
moth quoque et suburbana
eius: et miphaat cū sub-
urbanis suis. Necnō et de
tribu gad. ramoth in ga-
laad. et suburbana eius. et
manaim cū suburbanis
suis: sed et esbon cū subur-
banis suis: et iezer cū sub-
urbanis suis Capitulum vii.

Porro filii ysachar:
thola et phua.
iasub. et samaron.

q̃tuor. Filij thola: ozi et ra
phaia et ieriel. et ieamai.
et iebsem. et samuhel prin
cipes per domos cognatio
num suarum. De stirpe thola:
viri fortissimi numerati
sunt in diebus david. vigi
ti duo milia sexcenti. Filij
ozi. iezraia: de quo nati
sunt mychahel et obadia.
et iohel. et ysai quinq;. om
nes principes. et cum eis per
familias et populos suos
accincti ad prelium viri for
tissimi: triginta sex milia
Multas enim habuere vxo
res et filios. Fratres quoq;
eorum per omnem cognatio
nem ysachar robustissimi ad
pugnandum: octoginta sex
milia numerati sunt. Ben
iamin: bale et bochor. et
iadihel tres. Filij bale: es
bon. et ozi. et ozihel. et ie
rimoth. et iraia quinq; prin
cipes familiarum. et ad pug
nandum robustissimi. Nume
rus autem eorum: viginti duo
milia. et triginta quatuor.

Porro filij bochor: zami
ra. et ioas. et eliezer. et he
lyoenai. et amri. et ieri
moth. et abya et anathot
et almathan. Omnes hij
filij bochor. Numerati sunt
autem per familias suas prin
cipes cognationum ad bel
la fortissimi: viginti mili
a et ducenti. Porro filij ia
dihel. balan. Filij autem
balan: hieus et beniamin.
et aoth. et canana. et io
than. et tharsis. et ahysaar.
Omnes hij filij iadihel. prin
cipes cognationum suarum
viri fortissimi: decem et septem
milia et ducenti ad prelium
procedentes. Sephan quoq;
et apham. filij hyr: et a
sym. filij aser. Filij autem nep
talim: iasihel. et guni. et
aser. et sellum. filij bala.
Porro filijs manasse: esri
hel. Concubinaq; eius syra
peperit machir patrem ga
laad. Machir autem accepit
vxores filijs suis. happhim
et sephan. Et habuit soro

rem nomīe maachā. No
men autē secūdi salphaad
Nateq̄ sūt salphaad filie.
Et peperit maacha uxor
machir filiū: vocavitq̄
nomē eius phares. Porro
nomē fratris eius sares: et
filii eius vlam et recem.
Filius autē vlam badan.
Hii sūt filii galaad. filii
machir filii manasse. So
ror autē eius regina: pepe
rit virū decorū. abiezer. et
moola. Erant autē filii se
mida: ahyn. et sychem et li
ci et aniam. Filii autē ephra
im: sutala. bareth filius
eius. thaath filius eius. ela
da filius eius. thaath filius
eius. Et huius filius sadab:
et huius filius sutala. et
huius filius ezer: et elad.
Occiderūt autē eos viri geth
indigene: quia descenderant
ut invaderent possessiones
eorū. Luxit igitur ephraym
pater eorū multis diebꝫ:
et venerūt frēs eius ut cō
solarentur eū. Ingressusq̄

est ad uxorē suā: que conce
pit et peperit filiū. Et vo
cavit nomē eius beriā: eo
quod in malis domus eius ortus
est. Filia autē eius fuit sara:
que edificavit bethoron ī
feriorē et superiorē. et ozen
sarā. Porro filius eius ra
pha. et reseph et thale. De
quo natus est thaan: qui
genuit laadan. Huius quoq̄
filius amiud. genuit ely
samā: de quo ortus ē nun.
qui habuit filiū iosue.
Possessio autē eorū et ha
bitatio bethel cū filiabus
suis. Et cōtra orientē no
ran: ad occidentalē pla
gā gazer. et filie eius. Sy
chem quoq̄ cū filiabꝫ su
is: usq̄ aza et filiabꝫ suis.
Iuxta filios quoq̄ manas
se bethsan et filias eius.
thanach et filias eius:
mageddo et filias eius:
dor et filias eius. In hiis
habitaverūt filii ioseph.
filii isrl'. Filii aser: iomna.
et iesua. et ysui. et baria.

et sara sororem eorum. Filii autem baria. heber. et melchiel: ipse est pater barzaith. Heber autem genuit iephlath. et somer. et otham. et suaa sororem eorum. Filii iephlat: phosech. et chamaal. et asoph. Hii filii iephlat. Porro filii somer: achy. et roaga. et iaba. et aram. Filii autem helem fratris eius: supha. et iemna. et selles et amal. Filii supha: sue arnapher. et sual. et beri. et zamra. bozor. et odor. et sama. et salusa. et iethran. et bera. Filii iethran. iephone. et phaspha. et ara. Filii autem olla: aree et aniel et resia. Omnes hii filii aser: principes cognationum electi atque fortissimi duces ducum. Numerus autem eorum etatis que apta esset ad bellum: viginti sex milia. Capitulum viii

Beniamin autem genuit bale primogenitum suum: asbaal secundum. et ochora tercium. naua quartum. et rapha quintum. Fueruntque filii bale: addar. et gera. et abiuth. abysue quoque et neman. et achoe. sed et gera. et sephuphan. et uram. Hii sunt filii ahoth principes cognationum habitantium in gabaa: qui translati sunt in manath. Noom autem et haya. et gera. ipse transtulit eos: et genuit oza. et haiud. Porro saarim genuit in regione moab: postquam dimisit usim et bara uxores suas. Genuit autem de edes uxore sua iobab. et sebeia. et mosa. et molchom. iechus quoque et sechia et marma. Hii sunt filii eius principes in familiis eius. Meusim vero genuit abitob. et helphahal. Porro filii helphahal: heber et misaam et samad. Hic edificauit ono. et lod. et filias eius. Baraa autem et sama: principes cognationum habitantium in hailon.

Hy fugauerūt habitatores
geth et haio. et sesach. et ie
rimoth. et zabadia. et ha
rod. et eder: michahel quo
q; et iespha . et ioaa. filii
baraia. et zabadia. et mo
sollam. et zechi. et heber. et
iesamari. et iezlia. et iobab.
Filij elphaal: iachim. et ze
chri. et zabdi. et helyoenai.
et selethai. et helyel. et ada
ia. et baraia. et samarath.
Filij semei: iessan. et heber.
et helyel. et abdon. et zechri.
et chanan. et ananya. et
alam. et anathothya. et
iesdaia. et phanuel. Et fi
lij sesac. samsari. et sooria.
et otholia. et iersia. et hely
a. et zechri filij ieroam .
Hy patriarche et cogna
tionū pncipes: qui habi
tauerūt in ihrlm. In ga
baon autē habitauerunt
abygabaon et nomē vxo
ris eius maacha: filius q;
eius pmogenitus abdon.
et sur et cys et baal. et na
dab. Gedor quoq; et haio.

et zacher: et macelloth. ge
nuit samaa. Habitauerūt
q; ex aduerso fratrū suorū
in ihrlm cū fratribz suis.
Ner autē genuit cys: et cys
genuit saul. Porro saul
genuit ionathan et mel
chisue. et abinadab. et is
baal. Filius autē ionathā
miphibaal: et miphiba
al genuit mycha. Filij
mycha: phiton et melech.
et thara. et ahaz. Et ahaz
genuit ioada: et ioada
genuit almoth et asmoth.
et zamri. Porro zamri
genuit moosa: et moosa
genuit baana. Cuius filius
fuit rephaia de quo ortus
est elesa. qui genuit esel.
Porro esel sex filij fuere hijs
nominibz. Ezricam. bochru.
ysmael. saria. abadia.
anam. Omēs hy filij esel.
Filij autē asel fratris eius:
vlam pmogenitus. et
hus secundus. et elypha
les tercius. Fueruntq; filij
vlam viri robustissimi. et

magno robore tendētes
arcū. et multos habentes
filios ac nepotes: usq; ad
centū quinquaginta milia.
Omēs hij filij beniamin.
Uniuersus Capitulum ix
ergo isrl' dinumme
ratus est: et sum
ma eorū scripta est in libro
regū isrl' et iuda. Transla
tiq; sūt in babilonē ꝓpter
delictū suū. Qui aūt habi
tauerūt primi in possessi
onibꝫ et in urbibus suis
isrl'. et sacerdotes leuite. et
nathinnei: cōmorati sūt
in ihrlm de filijs iuda. et
de filijs beniamin. De fili
is quoq; ephraim. et ma
nasse: othei filius ami
ud. filij amri. filij omrai.
filij boni. De filijs phares
filij iuda. et de syloni: asia
ꝑmogenitus et filij eius.
De filijs aūt zarai: eiuhel.
et frēs eoꝝ sexcēti nonaginta
Porro de filijs beniamin:
salo. filius mosollā. filij
oduia. filij asana. et ioba
nia. filius iheroam. et he
la. filius ozi. filij mochi
ri. et mosollā. filius sa
phatie. filij raguel. filij ie
banie. et fratres eorū per
familias suas. nōgenti
quīq̄ginta sex. Omēs hij
prīcipes cognationū sua
rū: per domos patrū suo
rū. De sacerdotibꝫ aūt: ie
iada ioiarib et iachyn.
Azarias quoq; filius hel
chie. filij mosollam. filij
sadoch. filij maraioth. filij
achytob. pōtifex domus
dei. Porro adayas filius
iheroam. filij phasor. filij
melchia. et masaia filius
adihel. filij ezra. filij mo
sollam. filij mosellamoth.
filij emer. Fratres quoq; eo
rū principes per familias
suas: mille septingēti sexa
ginta. fortissimi robore.
ad faciendū opus ministerij
in domo dūi. De leuitis aūt:
semeia. filius assub. et filij
ezricham. filij asebyn de fi
lijs merari. Bachachar q̄

carpẽtarius. et galal. et ma
thania filius mycha. filii
zechri. filii asaph: et obdi
as filius semeie. filii cala
al. filii ydithun. et bara
chia. filius asa. filii helcha
na qui habitauit in atriis
nephati. Ianitores aũt sel
lũ et acũ et telmon. et aa
man. et fratres eorũ. sellũ
princeps. Usq; ad illud tem
pus in porta regis ad oriẽ
tem obseruabãt per uices
suas de filiis leui. Sellũ ve
ro filius chore filii abya
saph. filii chore cũ fratrib;
suis. et domo prĩs sui. Hii
sũt chorite sup opera mini
sterii. custodes vestibulorũ
tabernaculi: et familie eo
rũ per vices castrorũ dñi
custodiẽtes introitũ. Phi
nees aũt filius eleazar erat
dux eorũ corã dño. Porro
zacharias filius mosolla
mia ianitor porte tab'na
culi testimonii. Omnes hii
electi in ostiarios per por
tas ducenti duodecĩ. et de
scripti in villis propriis: quos
cõstituerũt dauid et samu
hel videns in fide sua: tam
ipsos q̃m filios eorũ in os
tiis domus dñi. et in taber
naculo. vicibus suis. Per
q̃tuor ventos erãt ostiarii:
id est ad orientẽ. et ad occi
dentẽ. ad aquilonẽ. et ad
austrũ. Fratres aũt eorũ in
viculis morabant': et veie
bant in sabbatis suis. de
tẽpore usq; ad tẽpus. Hiis
q̃tuor leuitis creditus erat
omnis numerus ianitorũ:
et erant sup exedras et the
sauros domus dñi. Per gi
rũ quoq; tẽpli dñi mora
bant' in custodiis suis: ut
cũ tẽpus fuisset ipsi mane
aperirẽt fores. De horũ ge
nere erant et sup vasa mi
nisterii. Ad numerũ eñi et
inferebant' vasa et effere
bant'. De ipsis et qui cre
dita habebãt utensilia
sanctuarii: p'erant simi
le. et vino. et oleo. et thure
et aromatib;. Filii aũt sa

cerdotū ungēta ex aromati
bus cōficiebant: et matha
thias leuites pimogenitus
sellū chorite pfectus erat eo
rū que in sartagine frige
bant. Porro de filiis caath
fratribꝫ eorū sup panes e
rant ppositionis: ut semp
nouos per singula sabba
ta pparareut. Hii sūt prin
cipes cantorū per familias
leuitarū qui in exedris mo
rabant: ita ut die et nocte
iugiter suo ministerio deseru
irent. Capita leuitarū per
familias suas pricipes mā
serūt in ihrlm. In gabaon
aūt cōmorati sūt. Pater
gabaon iahihel: et nomē
vxoris eius maacha. Filius
pimogenitus eius abdon
et sur. et cys. et baal. et ner
et nadab: gedor quoqꝫ et ha
io. et zacharias. et macel
loth. Porro macelloth ge
nuit semaha. Isti habitaue
rūt eregione fratrū suorū
in ihrlm cū fratribꝫ suis.
Ner aūt genuit cys: et cys

genuit saul. et saul genu
it ionathan. et melchisue.
et abynadab. et isbaal. Fi
lius aūt ionadad. mirriba
al: et mirrabaal genuit
mycha. Porro filii mycha:
phiton. et malech. et tha
ra. Ahaz autē genuit ia
ra: et iara genuit alamath.
et azmoth. Et zamri ge
nuit moosā: moosa vero
genuit baana. Cuius filius
rapha genuit helesa:
de quo ortus est esel. Porro
esel sex filios habuit hiis
nominibus. Ezricham bo
chru. ysmael. saria. obdy
a. anan. Hii filii esel. Capi
Philisthim aūt r
pugnabāt cōtrā
isrl: fugeruntqꝫ vi
ri isrl palestinos. et ceci
derūt vulnerati in mōte gel
boe. Cūqꝫ appropinquassent
philistei psequētes saul et
filios eius: pcusserūt iona
than. et abynadab et mel
chisue filios saul. Et aggra
uatū est prelium cōtra saul.

Inuenerūtq eū sagittarij:
et vulnerauerūt iaculis. Et
dixit saul ad armigerū su-
um. Euagina gladiū tuū
et interfice me: ne forte veniāt
incircūcisi isti et illudāt m.
Noluit aūt armiger eius
hoc facere ex timore pterri-
tus. Arripuit igit saul en-
sem: et irruit in eū. Quod
cū vidisset armiger eius vi-
delicet esse mortuū saul: ir-
ruit etiā ipse in gladiū su-
um et mortuus est. Interi-
it ergo saul et tres filij eius:
et omnis domus illius pa-
riter cōcidit. Quod cū vi-
dissent viri isrl' qui habi-
tabāt in cāpestribus fugerūt:
et saul ac filijs eius mortu-
is dereliquerūt vrbes suas:
et huc illucq dispsi sunt.
Veneruntq philistijm: et
habitauerūt in eis. Die
igitur altero detrahentes
philistijm spolia cesorū:
inuenerūt saul et filios eius
iacētes in mōte gelboe. Cū
q spoliassent eū et āputas-
sent caput armisq nudas-
sent: miserūt in terrā suā
ut circūferret: et ostenderet
ydolorū tēplis et pplis. Ar-
ma aūt eius cōsecrauerūt
in phano dei sui: et capt
affixerūt in tēplo dagon.
Hoc cū audissent viri iabes
galaad omnia scilicet que
philistij fecerūt sup saul:
cōsurrexerūt singuli viro-
rū fortiū. et tulerūt cada-
uera saul et filiorū suorū.
Attuleruntq ea in iabes et
sepelierūt ossa eorū subter
quercū que erat in iabes:
et ieiunauerūt septē diebus.
Mortuus est ergo saul pp-
ter iniquitates suas: eo qd
puaricasset mandatū dñi
quod preceperat et nō custo-
dierit illud: sz insup etiā phi-
tonissā cōsuluerit nec sperauerit
in dño. Propter quod et in-
terfecit eū: et transtulit reg-
nū eius ad dauid filiū y-
sai. Capitulum xi.
Congregatus est
igitur omnis isrl'

ad dauid in hebron dicẽs.
Os tuũ sumus et caro tu
a. Heri quoqȝ et nudius
tercius cũ adhuc regna
ret saul: tu eras qui edu
cebas et introducebas isrl'.
Tibi enĩ dixit dñs deus tu
us. Tu pasces ꝑplm̃ me
um isrl': et tu eris prĩceps
sup eũ. Venerũt ergo oẽs
maiores natu isrl' ad regẽ
in hebron: et iniit dauid
cũ eis fedus corã dño. Vnx
eruntqȝ eũ regẽ sup isrl': iux
ta sermonẽ dñi quẽ locu
tus est in manu samuhel.
Abijt quoqȝ dauid et om
nis isrl' in ihrlm. hec est
iebus: vbi erãt iebusei ha
bitatores terre. Dixeruntqȝ
qui habitabãt iebus ad
dauid. Nõ ingredieris huc.
Porro dauid cepit arcem
syon: que est ciuitas da
uid. Dixitqȝ. Omnis qui
ꝑcusserit iebuseũ in ꝑmis:
erit prĩceps et dux. Ascen
dit igitur ꝑmus ioab fi
lius saruie: et factus est
prĩceps. Habitauit autẽ
dauid in arce: et idcirco ap
pellata est ciuitas dauid.
Edificauitqȝ vrbẽ in circu
itu a mello usqȝ ad gyru.
Ioab aũt reliqua vrbis
extruxit. Proficiebatqȝ da
uid vadens et crescens: et
dñs exercituũ erat cũ eo.
Hy prĩcipes virorũ forci
um dauid. qui adiuuerũt
eũ ut rex fieret sup omnẽ
isrl': iuxta verbũ dñi qđ
locutus est ad isrl'. Et iste
numerus robustorũ dauid
Iesbaam filius achamo
ni: prĩceps ĩter triginta.
Iste leuauit hastã suam
sup trecentos vulneratos
vna vice. Et post eũ elea
zar filius patrui eius. a
choytes: qui erat inť tres
potentes. Iste fuit cũ da
uid in aphes domim: qñ
ad philistijm cõgregati sũt
ad locũ illũ in prelium. Et
erat ager regionis illius
plenus ordeo: fugeratqȝ
ꝑplus a facie philistinorũ.

Hic stetit in medio agri:
et defendit eũ. Cũq; percus-
sisset philisteos: dedit dñs
salutẽ magnã populo su-
o. Descenderũt aũt tres de
triginta principibꝫ ad pe-
trã in qua erat dauid ad
speluncã odollam: quãdo
philisthijm fuerãt castra
metati in valle raphaim.
Porro dauid erat in p̄sidi-
o: et statio philistinorũ
in bethleem. Desiderauit
igit' dauid et dixit. O si
quis daret michi aquã de
cysterna bethleem: que ẽ
in porta. Tres ergo isti p
media castra philistinorũ
perrexerũt. et hauserũt aquã
de cysterna bethleem que
erat in porta: et attulerũt
ad dauid ut biberet. Qui
noluit: sed magis libauit
illã dño dicens. Absit vt
in cõspectu dei mei hoc fa-
ciã: et sanguinẽ virorũ
istorũ bibã: quia in pericu-
lo aĩarũ suarũ attule-
rũt michi aquã. Et ob hanc
causã noluit bibẽ. Hec fe-
cerũt tres robustissimi. Ab-
ysai quoq; frater ioab. ip-
se erat princeps triũ: et ipse
leuauit hastã suã cõtra
trecentos vulneratos: et
ipse erat inter tres nominatis-
simus: inter tres secundus.
inclitus et princeps eorũ. Ve-
rũptamen usq; ad tres pri-
mos nõ peruenerat. Bana-
yas filius ioiade viri ro-
bustissimi qui multa ope-
ra perpetrarat de capsehel.
ipse percussit duos arihel
moab: et ipse descendit et
interfecit leonẽ in media
cysterna in tẽpore niuis:
et ipse percussit virũ egipti-
ũ cuius statura erat quin-
q; cubitorũ: et habebat lã-
ceã ut liciatoriũ texentiũ.
Descendit ergo ad eũ cum
virga: et rapuit hastam
quã tenebat manu: et in-
terfecit eũ hasta sua. Hec
fecit banaya filius ioiade
qui erat inter tres robustos
nominatissim⁹: inter triginta

primus. Verūptamen ad
tres usq3 nō pervenerat. Po
suit autē eū david ad au
riculā suā. Porro fortissi
mi viri in exercitu asahel
frater ioab et helcanā fili
us patrui eius de bethleem.
semmoth arorytes. helles
phalonites. yras filius ac
ces thecuites. abyezer ana
thotites. sobochai asothi
tes. ylai achoytes. marai
nethophatites. heleb filius
baana netophatites. etha
i filius rebay de gabaath
filiorū beniamin. banai
a pharatonites. viri de tor
rente gasabial arabathy
tes. azmoth bauranithes.
elyaba salabonithes. filij
azom iezonites. ionathā
filius sega ararites. Achy
am filius achar ararites.
eliphal filius vr. apher
methuratites. ahya pl el
lonites. asrai carmelites
noorai filius azbi. iohel
frater nathan. mabar fi
lius aggarai. selleth am
monites. noorai berothy
tes. armiger ioab filius
sarvie. yras iethreus. ga
reb iethreus. urias hethe
us. zadab filius ooly. ad
yna filius segar. rubeni
tes princeps rubenitarū et
cū eo triginta. Hanan
filius maacha. et iosa
phat mathanites. ozias
astarothites. sema et ia
hihel filij hotam arohe
rithes. ledihel filius sam
ri. et ioha frater eius tho
saithes. elihel maanites.
et ieribai. et iosaia filij
helnaem. et iethma mo
abythes: helyhel. et obed.
et iasihel de masobya.

Capl' xij.

Hii quoq3 venerunt ad da
vid in siceleg cū
adhuc fugeret saul filiū
cys: qui erant fortissimi
et egregij pugnatores te
nentes arcū et utraq3 ma
nu fundis saxa iacientes
et dirigentes sagittas. De
fratribȝ saul ex beniamin.

princeps ahyezer et ioas
filius amaa gabathithes.
et iaziel et phalleth filij
azmoth. et barachia. et
ihehu anathothithes: sa-
maias quoque gabaonites
fortissimus inter triginta
et super triginta. Ihieremi-
as et iezihel. et iohanan.
et zebad gaderothithes. e-
luzai. et ierimuth. et baa-
lia. et samaria. et sapha-
tia araphites. helchana.
et iesia. et azrahel. et ioe-
zer. et iesbaam decharem.
ioelam quoque et zabady-
a. filij ieroam de gedor.
Sed et de gaddi transfuge-
runt ad dauid cum lateret in
deserto uiri robustissimi
et pugnatores optimi:
tenentes clipeum et hastam.
facies eorum quasi facies
leonis: et ueloces quasi
capree in montibus. Ezer
princeps: obdyas secundus
heliab tercius. masmana
quartus. ieremias quintus.
hethi sextus. heliel septi-
mus. iohanan octauus.
helbad nonus. ihieremias
decimus: bachanna unde-
cimus. Hij de filijs gad prin-
cipes exercitus. Nouissimus
centum milibus preerat: et
maximus mille. Isti sunt qui
transierunt iordanem mense
primo quando inundare consue-
uit super ripas suas: et om-
nes fugauerunt qui mora-
bantur in uallibus ad orien-
talem plagam et ad occidenta-
lem. Venerunt autem et de ben-
iamin. et de iuda: ad presi-
dium in quo morabatur da-
uid. Egressusque est dauid
obuiam eis: et ait. Si paci-
fice uenistis ad me ut aux-
ilemini michi: cor meum iun-
gatur uobis. Si autem in-
sidiamini michi pro aduer-
sarijs meis cum ego iniqui-
tatem in manibus non habe-
am: uideat deus patrum
nostrorum et iudicet. Spiritus
uero induit amasai principem
inter triginta: et ait. Tui
sumus o dauid: et tecum fili

ysai. Pax pax tibi: et pax
adiutoribus tuis. Te eũ ad
iuvat deus tuus. Suscepit
ergo eos david: et cõstitu
it eos pr̃icipes turme. Por
ro de manasse transfugerũt
ad david: quãdo veniebat
cũ philistijm ut adversũ
saul pugnaret. Et nõ di
micavit cũ eis: quia inito
cõsilio remiserũt eũ prin
cipes philistinorũ dicẽtes.
Periculo capitis nr̃i rever
tetur ad dñm suũ saul.
Quãdo igitur reversus est
in siceleg: transfugerũt ad
eũ de manasse ednas et
iozabaad et ieddihel et
michael. ednas et iozaba
ad et helui. et salathi prĩ
cipes militũ in manasse.
Hij p̃buerũt auxiliũ da
vid: adversũ latrũculos.
Om̃es enĩ erant viri for
tissimi: et facti sũt princi
pes in exercitu. Sed et per
singulos dies veniebãt
ad david ad auxiliandũ
ei: usq; dũ fieret grãdis
numerus q̃si exercitus de
i. Iste quoq; est numerus
principũ qui venerũt ad
david cũ esset in hebron:
ut transferrent regnũ saul
ad eũ iuxta verbũ dñi.
Filij iuda portãtes clipeũ
et hastã: sex milia octin
genti. expediti ad prelium.
De filijs symeon virorũ
fortissimorũ ad pugnã
dũ: septẽ milia centũ. De
filijs levi: q̃tuor milia sex
centi. Ioiada quoq; prin
ceps de stirpe aaron: et cũ
eo tria milia septingenti.
Sadoch etiã puer egregie
indolis et domus pr̃is eius.
pr̃icipes viginti et duo.
De filijs autẽ beniamin
fratribus saul: tria milia.
Magna enĩ pars eorum
adhuc sequebat̃ domũ
saul. Porro de filijs ephra
im: viginti milia octin
genti fortissimi robore.
viri nominati in cognati
onibus suis. Et ex dimidia
parte tribus manasse: dece

et octo milia singuli per
nomīa sua uenerūt. ut cō
stituerēt regē dauid. De fi
liis quoqꝫ ysachar: uiri e
ruditi qui nouerant singu
la tēpora ad p̄cipiendū
quid facē deberet isrl̄ prī
cipes ducenti. Omīs aūt
reliqua tribus eorū cōsili
um sequebat̄. Porro de
zabulon qui egrediebāt̄
ad preliū et stabant in a
cie instructi armis bellicis:
quīquaginta milia uene
rūt in auxiliū. nō in cor
de duplici. Et de neptalim
principes mille: et cū eis ī
structi clipeo et hasta. tri
ginta et octo milia. De dan
etiā p̄parati ad preliū: ui
ginti et octo milia sexcento
rū. Et de aser egredientes ad
pugnā et in acie puocan
tes: quadraginta milia.
Transiordanen aūt de fili
is ruben et de gad. et dimi
dia parte tribꝫ manasse
instructi armis bellicis: cen
tū uiginti milia. Omēs
isti uiri bellatores et expe
diti ad pugnā. corde pfec
to uenerūt in hebron: ut
cōstituerēt regē dauid sup
uniuersū isrl̄. Sed et om
nes reliqui isrl̄ uno corde
erant: ut rex fieret dauid
sup uniuersū isrl̄. Fuerūt
qꝫ ibi apud dauid tribus
diebꝫ comedētes et bibētes.
Parauerāt enī eis frēs
eorū. Sed et qui iuxta e
os erant usqꝫ ad ysachar
et zabulon. et neptalim:
afferebāt panes in asinis
et camelis. et mulis. et
bubus. ad uescendū. fari
nā. palathas. uuā pas
sam. uinū. oleū. boues. a
rietes. ad omnē copiam.
Gaudiū quippe erat in
Israel Capl̄. xiii.
Iniit aūt cōsiliū
dauid cū tribunis
et cēturionibꝫ et uniuersis
principibꝫ: et ait ad oēm
cetū isrl̄. Si placet uob
et a dn̄o deo nr̄o egredit̄
sermo quē loquor: mitta

mus ad fratres nr̄os reli
quos in vniuersas regio
nes isrl'. et ad sacerdotes
et leuitas qui habitāt in
suburbanis vrbiū: ut
cōgregent' ad nos et re
ducamus archā dei ad
nos. Nō enī requisiuim'
eā in diebus saul. Et res
pondit vniuersa multi
tudo ut ita fieret. Placue
rat enī sermo omī ppl'o.
Cōgregauit ergo dauid
cunctū isrl' a sior egipti
vsqz dū ingrediaris emath:
ut adduceret archā dei de
cariathiarim. Et ascēdit
dauid et omēs viri isrl' ad
collem cariathiarim que
est in iuda: ut auferret
inde archā dnī dei sedentis
sup cherubin vbi inuocatū
est nomē eius. Imposue
runtqz archā dnī sup plau
strū nouū. de domo ami
nadab. Oza aūt et frēs
eius minabāt plaustrū.
Porro dauid et vniuers'
isrl' ludebāt corā deo omī
virtute: in cāticis et in ci
tharis et psalterijs et tin
panis. et cymbalis. et tu
bis. Cū aūt puenissēt ad
areā chydon: tetendit o
za manū suā ut susten
taret archā. Bos q̄ppe lasci
uiens paululū inclina
uerat eā. Iratus est itaqz
dn̄s cōtra ozā: et pcussit
eū. eo qd' tetigisset archā:
et mortuus est ibi corā
dn̄o. Cōtristatusqz da
uid eo qd' diuisisset dn̄s
ozām: vocauit locū illū
diuisio oza. vsqz in p̄sen
tem diē. Et timuit deum
tūc tēporis dicens. Quo
modo possū ad me intro
ducē archā dnī. Et ob eā
causā nō eā adduxit ad
se hoc ē i ciuitatē dauid:
sed auixit i domū obededō
gethei. Māsit ergo archa
dei i domo obededō gethei trib'
mēsibz: et bn̄dix' dn̄s domū
eius et oībz q̄ habebat.

Ca' xiiij.

Misit qz hyrā
rex tyri nūcios ad

dauid et ligna cedrina. et artifices parietum lignorumque: ut edificarent ei domum. Cognovitque dauid eo quod confirmasset eum dominus in regem super israel: et sublevatum est regnum eius super populum eius israel. Accepit quoque dauid alias uxores in iherusalem: genuitque filios ac filias. Et hec nomina eorum qui nati sunt ei in iherusalem. Sammua. et sobab. nathan. et salomon. iebaar et helisua. et eliphaleth: noga quoque et napheg. et iaphye. et elysama. et baliada. et elyphelech. Audientes autem philistijm eo quod unctus esset dauid in regem super universum israel: ascenderunt omnes ut quererent eum. Quod cum audisset dauid: egressus est obviam eis. Porro philistijm diffusi sunt in valle raphaym. Consuluitque dauid dominum dicens. Ascendam ad philisteos: et si trades eos in manu mea? Dixit ei dominus. Ascende: et tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in baalpharasim: percussit eos ibi dauid et dixit. Divisit deus inimicos meos per manum meam: sicut dividuntur aque. Et idcirco vocatum est nomen loci illius baalpharasim. Dereliquerunt ibi deos suos: quos dauid iussit exuri. Alia etiam vice philistijm irruerunt: et diffusi sunt in valle. Consuluitque rursum dauid deum. Et dixit ei deus. Non ascendes post eos. Recede ab eis: et venies contra illos ex adverso pirorum. Cumque audieris sonum gradientis in cacumine pirorum: tunc egredieris ad bellum. Egressus est enim deus ante te: ut percutiat castra philistijm. Fecit ergo dauid sicut preceperat ei deus: et percussit castra philistinorum de gabaon usque gazera. Di-

diuulgatumque est nomen da
uid in uniuersis regioni
bus: et dominus dedit pauorem
eius super omnes gentes. xv.
Fecit quoque sibi
domos in ciuita
te dauid: et edifi
cauit locum arche dei. teten
ditque ei tabernaculum. Tunc
dixit dauid. Illicitum est
ut a quoquam portetur ar
cha dei: nisi a leuitis quos
elegit dominus ad portandum
eam. et ad ministrandum sibi
usque in eternum. Congrega
uitque uniuersum israel in ihe
rusalem. ut afferretur archa
dei in locum suum quem prepara
uerat ei: necnon et filios
aaron et leuitas. De fili
is caath uriel princeps fu
it: et fratres eius ducenti
uiginti. De filiis merari
asaia princeps: et fratres eius
ducenti triginta. De fili
is gerson iohel princeps:
et fratres eius centum uiginti.
De filiis elysaphan semei
as princeps: et fratres eius du

centi. De filiis hebron he
lyel princeps: et fratres eius
octoginta. De filiis oziel
aminadab princeps: et fra
tres eius centum duodecim.
Vocauitque dauid sadoch
et abyathar sacerdotes. et
leuitas urihel. asaia. io
hel. semeiam. helyel. et a
minadab: et dixit ad eos.
Vos qui estis principes fa
miliarum leuiticarum sancti
ficamini cum fratribus uestris:
et afferte archam domini dei is
rael. ad locum qui ei prepara
tus est: ne ut a principio
quia non eratis presentes per
cussit nos dominus. sic et nunc
fiat. illicitum quid nobis [illegible]
agentibus. Sanctificati sunt
ergo sacerdotes et leuite:
ut portaretur archa domini dei
israel. Et tulerunt filii leui
archam dei: sicut preceperat
moyses iuxta uerbum domini
humeris suis in uectibus.
Dixitque dauid principibus
leuitarum. ut constituerent
de fratribus suis cantores

in organis musicorū. nablis videlicet et lyris. et cymbalis: ut resonaret in excelsū sonitus leticie. Constitueruntq; levitas: eman filiū iohel. et de fratribus eius asaph filiū barachie. De filiis vero merari fratribz eorū: ethan filiū casaie. et cū eis fr̄es eorū. In secūdo ordine zachariam. et ben. et iaziel. et semiramoth. et iahihel. et hany. et heliab et banaiam. et maasiam. et mathathyā. et helyphalu. et macheniam. et obededom. et iehyhel. ianitores. Porro cantores eman. asaph et ethā. in cymbalis eneis cōcrepantes. Zacharias aūt et oziel. et semiramoth. et iahyel. et hany. et helyab. et maasias. et banayas. in nablis archana cātabant. Porro mathathias. et helyphalu. et macheneas. et obededom. et iehyhel. et ozazin. in cytharis pro octava canebant et synikyon. Conenias aūt princeps levitarz pphetie p̄erat ad p̄cinendā melodiā. Erat quippe valde sapiēs. Et barachias et helchana ianitores arche. Porro sebenias. et iosaphat. et nathanael. et amasai. et zacharias. et banayas. et elyezer. sacerdotes clangebāt tubis coram archa dei: et obededō et achymaas erāt ianitores arche. Igitur david et omnes maiores natu isrl'. et tribuni. ierūt ad deportandā archā federis dn̄i de domo obededom cū leticia. Cūq; adiuvisset deus levitas qui portabāt archā federis dn̄i: imolabātur septē tauri. et septem arietes. Porro david erat indutus stolla bissina: et universi levite qui portabant archā cātores q; et conenias princeps pphetie inter cātores. David

aūt indutus erat etiam
ephod lineo: vniuersusq;
isrl' deducebat archā federis
dñi in iubilo. et sonitu bu
cine et tubis et cymbalis.
et nablis. et cytharis. con
crepātes. Cūq; peruenisset
archa federis dñi usq; ad
ciuitatē dauid: michol fi
lia saul. pspiciēs per fenes
tram. vidit regem dauid
saltantē atq; ludentē. et
despexit eū in corde suo. Ca
ATtulerūt igi xvi.
tur archā dei. et
cōstituerūt eā in
medio tabernaculi quod
tetenderat ei dauid: et ob
tulerūt holocausta et pa
cifica corā dño. Cūq; com
plesset dauid offerens ho
locausta et pacifica. be
nedixit populū in nomi
ne dñi: et diuisit vniuer
sis per singulos a viro
vsq; ad mulierē tortā pa
nis. et partē asse carnis
bubule: et frixā oleo simi
lā. Cōstituitq; corā archa
dñi de leuitis qui ministra
rent et recordarent' operū
eius. et glorificarēt atq;
laudarent dñm deū isrl':
asaph principē. et secūdū
eius zachariā. Porro iahi
hel. et semiramoth. et ie
hihel et mathathyam. et
heliab. et banayam. et
obededom. et iehiel. super
organa psalterij et liras.
Asaph aūt ut cymbalis
psonaret: banayam vero
et azihel sacerdotes canē
tuba iugiter corā archa
federis dñi. In illo die fecit
dauid principē ad cōfiten
dū dño asaph et frēs ei9.
Cōfitemini dño inuocate no
men eius: notas facite i
populis adinuentiones ei9.
Cantate ei et psallite: et
narrate omīa mirabilia
eius: laudate nomē scm̄
eius. Letetur cor q̄rentiū
dñm: q̄rite dñm et virtu
tem eius: q̄rite faciē eius
semp. Recordamini mirabi
liū eius que fecit: signo

illius et iudicioꝝ oris ei⁹.
Semen isrl' serui eius: fili
i iacob electi illius. Ipse
dñs deus nr̄: in uniuersa
terra iudicia eius. Recor
damini in sempiternū pac
ti eius. sermonis quē pre
cepit in mille generatio
nes: quē pepigit cū abra
ham: et iuramenti illi⁹
cū ysaac. Et cōstituit il
lud iacob in pceptū. et isrl'
in pactū sempiternū: di
cens. tibi dabo terrā chana
an. funiculū hereditatis
vre. Cū essent pauci nu
mero: parui et coloni ei⁹.
Et transierūt de gente in
gentē: et de regno ad ꝑplm
alterū. Nō dimisit quē
qm calūpniari eos: sed i
increpauit pro eis reges.
Nolite tangē xp̄os meos:
et in ꝓphetis meis nolite
malignari. Cantate dño
omīs terra: annūciate ex
die in diē salutare eius.
Narrate in gentibꝫ glori
am eius in cūctis popul'

mirabilia eius: qr̄ mag
nus dñs et laudabilis ni
mis: et horribilis sup om
nes deos. Omēs enī dii po
puloꝝ ydola: dñs aūt ce
los fecit. Cōfessio et mag
nificentia corā illo: forti
tudo et gaudiū in loco
eius. Afferte dño familie
populoꝝ: [illegible] affer
te dño gloriā et [illegible] im
periū: date dño gloriā no
mī eius. Leuate sacrificiū.
et uenite in cōspectu eius:
et adorate dñm in decore
sancto. Cōmoueat a fa
cie illius omīs terra: ipē
enī fundauit orbē īmobi
lem. Letent celi et exultet
terra: et dicant in natio
nibꝫ dñs regnauit. To
net mare et plenitudo ei⁹:
exultent agri et oīa q̄
in eis sūt. Tūc laudabūt
ligna saltus corā dño:
quia uenit iudicare ter
rā. Cōfitemini dño qm̄ bo
nus. qm̄ in eternū mise
ricordia eius: et dicite.

Salua nos deus saluator noster. et cōgrega nos. et erue de gentibꝫ: ut confiteamur nomini tuo. et exultemus in carminibus tuis. Benedictus dominus deus israel ab eterno usqꝫ in eternū: et dicat omnis ppłus amen. et ymnū [illegible] deo. Dereliquit itaqꝫ [illegible] ibi corā archa federis dñi. asaph et frēs eius: ut ministrarent in cōspectu arche iugiť. per singulos dies et vices suas. Porro obededom et frēs eius sexaginta octo. et obededom filiū ydithū et oza cōstituit ianitores. Sadoch aūt sacerdotē et frēs illius sacerdotes. corā tabernaculo dñi in excelso quod erat in gabaon: ut offerrent holocausta dño sup altare holocaustomatis. iugiť mane et vespere iuxta omnia que scripta sūt i lege dñi quā p̄cepit israeli. Et post eum emman. et idithun. et reliquos electos unumquēqꝫ vocabulo suo ad cōfitendū dño: qm̄ in eternū misericordia eius. Heman quoqꝫ et idithun canentes tuba et quatientes cymbala. et omnia musicorum organa ad canendū deo. Filios aūt idithun fecit esse portarios. Reversus q̄ est omnis ppłus in domū suā: et dauid. ut benediceret etiā domui sue.

Cum Capłm xvii

autem habitaret dauid in domo sua: dixit ad nathan p̄phetā. Ecce ego habito in domo cedrina: archa aūt federis dñi sub pellibus est. Et ait nathan ad dauid. Omnia que in corde tuo sūt fac. Deus enī tecū est. Igiť nocte illa factus est sermo dñi ad nathan dicens. Vade et loq̄re dauid seruo meo. Hec dicit dñs. Nō edificabis tu michi do

domum ad habitandum. Neque
enim mansi in domo ex eo tem-
pore quo eduxi israel usque ad
hanc diem: sed fui semper mu-
tans loca tabernaculi. et in
tentorio manens cum omni
israel. Numquid locutus sum
saltem uni iudicum israel. qui-
bus preceperam ut pascerent
populum meum. et dixi: quare
non edificastis michi domum
cedrinam? Nunc itaque sic lo-
queris ad servum meum da-
vid. Hec dicit dominus exerci-
tuum. Ego tuli te cum in pas-
cuis sequereris gregem ut esses
dux populi mei israel: et fui
tecum quocumque perrexisti. et in-
terfeci omnes inimicos tuos
coram te. Fecique tibi nomen quasi
unius magnorum qui cele-
brantur in terra: et dedi lo-
cum populo meo israel. Plan-
tabitur et habitabit in
eo. et ultra non commovebi-
tur: nec filii iniquitatis
atterent eos sicut a princi-
pio. ex diebus quibus dedi
iudices populo meo israel:

et humiliavi universos ini-
micos tuos. Annuntio tibi
ergo: quod edificaturus sit
domum tibi dominus. Cumque imple-
veris dies tuos ut vadas
ad patres tuos: suscitabo se-
men tuum post te. quod erit
de filiis tuis: et stabiliam
regnum eius. Ipse edifica-
bit michi domum: et fir-
mabo solium eius usque in
eternum. Ego ero ei in pa-
trem: et ipse erit michi in
filium. Et misericordiam meam
non auferam ab eo. sicut
abstuli ab eo qui ante
te fuit: et statuam eum in
domo mea et regno meo
usque in sempiternum: et
thronus eius erit firmis-
simus in perpetuum. Iuxta
omnia verba hec. et iuxta
universam visionem istam:
sic locutus est nathan
ad david. Cumque venisset
rex david et sedisset coram
domino: dixit. Quis ego sum
domine deus. et que domus
mea: ut prestares michi

talia. Sed et hoc parū
visū est in cōspectu tuo:
ideoqꝫ locutus es super do
mū serui tui etiā in futu
rū: et fecisti me spectabilē
sup omēs homīes. Dn̄e
deus meus. quid vltra ad
dere potest dauid. cū ita
glorificaueris seruū tuū.
et cognoueris eū. Dn̄e
ꝓpter famulū tuū iuxta
cor tuū fecisti omnē mā
nificentiā hanc: et nota
esse voluisti vniuersa
magnalia. Dn̄e nō est
similis tui: et nō est ali9
deus absqꝫ te. ex omnibus
quos audiuimus auribꝫ
nr̄is. Quis enī est alius
ut ꝑplus tuus isrl̄ gens
vna in terra: ad quam
ꝑrexit deus ut liberaret
et faceret ꝑplm sibi. et
magnitudine sua atqꝫ
terroribꝫ eiceret natiōes
a facie eius quē de egipto
liberarat. Et posuisti
ꝑplm tuū isrl̄ tibi in po
pulū vsqꝫ in eternū: et
tu dn̄e factus es deus ei9.
Nūc igit dn̄e sermo quē
locutus es famulo tuo
et sup domū eius cōfir
metur in ꝑpetuū: et fac
sicut locutus es. Pmāe
atqꝫ et magnificet no
men tuū vsqꝫ in sēpiter
nū: et dicat dn̄s exerci
tuū deus isrl̄: et domus
dauid serui eius ꝑmanēs
corā eo. Tu enī dn̄e deus
meus reuelasti auriculā
serui tui ut edificares ei
domū: et idcirco inuenit
seruus tuus fiduciā ut
oret corā te. Nūc ergo do
mine tu es deus et locut9
es ad seruū tuū tanta
beneficia: et cepisti bene
dicere domui serui tui ut
sit semp corā te. Te enī
dn̄e benedicente: benedic
ta erit in ꝑpetuū. Capłm
xviii

Factū est aūt post hec ut per
cuteret dauid phi
listijm et humiliaret eos.
et tolleret geth. et filias

eius de manu philistiim:
percussitq; moab. et fe-
cti moabite servi da-
uid offerentes ei
munera. Eo tēpore per-
cussit dauid etiā adade-
zer regē soba regionis e-
math: q̄ndo perrexit ut di-
lataret imperiū suū. usq;
ad flumen eufraten. Ce-
pit ergo dauid mille q̄-
drigas eius et septē mi-
lia equites. ac viginti mi-
lia virorū peditū: subner-
vavitq; oēs equos curru-
um: exceptis centū qua-
drigis quas reseruauit si-
bi. Superuenit autē et sy-
rus damascenus: ut auxi-
liū preberet adadezer regi
soba. Sed et huius percus-
sit dauid viginti duo mi-
lia virorū: et posuit mi-
lites in damasco ut syria
quoq; seruiret sibi et of-
ferret munera. Adiuuit-
q; eū dn̄s: in cunctis ad q̄
perrexerat. Tulit quoq; da-
uid pharetras aureas

quas habuerāt serui ada-
dezer et attulit eas in ihe-
rusalē. necnō de thebath
et chun urbibus adadezer
eris plurimū: de quo fe-
cit salomon mare eneū
et columpnas et vasa ene-
a. Quod cū audisset thou
rex emath. percussisse vide-
licet dauid omnē exercitū
adadezer regis soba: mi-
sit adurā filiū suū ad re-
gē dauid ut postularet
ab eo pacē. et congratula-
retur eo q̄d expugnasset
et percussisset adadezer. Ad-
uersarius quippe thou e-
rat adadezer. Sed et omni-
a vasa aurea et argētea
et enea cōsecrauit rex da-
uid dn̄o. cū argento et
auro quod tulerat rex ex
uniuersis gentibus: tam
de ydumea et moab. et fi-
liis ām̄on. q̄m de philis-
tiim et amalech. Abysai
vero filius saruie percussit
edom in valle salinarū
decē et octo milia. Et consti-

tuit in edom p̄sidiū: ut
seruiret ydumea dauid.
Saluauitq; dn̄s dauid:
in cunctis ad que perrexerat.
Regnauit ergo dauid su
per uniuersū isrl': et faci
ebat iudiciū atq; iustici
am cuncto p̄plo suo. Por
ro ioab filius saruie erat
sup exercitū: et iosaphat
filius haylud acōmenta
riis. Sadoch aūt filius
achitob. et abimelech fi
lius abiathar sacerdotes:
et susa scriba. Banaias
vero filius ioiade super
legiones cerethi et phele
thi. Porro filij dauid p̄
mi ad manū regis. Cap̄ xix.

Accidit aūt
ut moreret' na
as rex filiorū a
mon: et regnaret filius
eius pro eo. Dixitq; dauid.
Faciā misericordiam cū ha
non filio naas. Prestitit
eni pater eius michi gra
ciā. Misitq; dauid nunci
os ad cōsolandū eum:
post mortē p̄ris sui. Q̄
cū peruenissent in terrā
filiorū amon ut cō
solarent' hanon:
dixerunt principes filiorū
amon ad hanon. Tu for
sitan putas qd' dauid ho
noris causa in patrē tuū
miserit qui cōsolarent'
te: nec animaduertis qd'
ut explorent et inuestigent
et scrutent' terrā tuā. ve
nerunt ad te serui eius.
Igitur hanon pueros
dauid decaluauit et ra
sit: et p̄cidit tunicas eo
rū a natibus usq; ad pe
des: et dimisit eos. Qui
cū abissent et hoc man
dassent dauid: misit in
occursū eorū. Grandē
eni cōtumeliā sustinue
rant. Et p̄cepit ut ma
nerent i iericho donec cres
ceret barba eorū: et tūc
reuerterent'. Videntes aūt
filij amon qd' iniuriā fe
cissent dauid tam hanō
q̄ reliquus p̄plus: misse

rũt mille talenta argen
ti ut cõducerent sibi de
mesopotamia. et syria
macha et de soba currus
et equites. Conduxeruntq;
triginta duo milia cur
ruũ: et regẽ macha cum
populo eius. Qui cũ ve
nissent: castra metati sũt
e regione medaba. Filij quoq;
ãmon cõgregati de urbi
bus suis: venerũt ad bel
lũ. Quod cũ audisset
dauid: misit ioab et om
nẽ exercitũ virorũ fortiũ.
Egressiq; filij ãmon: di
rexerũt aciẽ iuxta portã
ciuitatis. Reges autẽ qui
ad auxiliũ venerãt: se
parati in agro steterũt.
Igitur ioab itelligens bel
lũ ex aduerso. et post ter
gũ cõtra se fieri: elegit
viros fortissimos de uni
uerso isrl'. et perexit contra
syrũ. Reliquã autẽ partẽ
populi dedit sub manu
abysai fratris sui: et per
rexerũt contra filios am

mon. Dixitq;. Si vicerit
me syrus: auxilio eris
michi. Si autẽ superaue
rint te filij ãmon: ero ti
bi in presidiũ. Cõfortare:
et agamus viriliter pro
populo nr̃o. et pro urbi
bus dei nr̃i. Dñs autẽ qđ
in cõspectu suo bonũ est
faciat. Perexit ergo ioab
et populus qui cũ eo erat
contra syrũ ad preliũ:
et fugauit eos. Porro fi
lij ãmon videntes qđ fu
gisset syrus: ipi quoq;
fugerũt abysai fratrẽ eius
et ingressi sũt ciuitatẽ.
Reuersusq; ẽ etiã ioab in
ihrlm. Videns autẽ syrus
qđ cecidisset corã isrl': mi
sit nũcios et adduxit sy
rũ qui erat trans fluuiũ.
Sophach autẽ princeps mi
litie adarezer erat dux e
orũ. Quod cũ nũciatũ
esset dauid cõgregauit
uniuersũ isrl' et trãsiuit
iordanem. irruitq; in eos:
et direxit ex aduerso aciẽ.

illis contra pugnātibꝫ.
Fugit autē syrus israel: et
interfecit dauid de syris
septē milia curruū. et q̄-
draginta milia peditū.
et sophat exercitus prīci-
pem. Videntes autē serui
adadezer se ab israel esse
superatos: trāsfugerūt ad
dauid. et seruierūt ei. No-
luitq; vltra syria auxili-
um prebere filijs āmon.

Capitlm xx.

Factū est autē post an-
ni circulū eo tē-
pore quo solent reges ad
bella procedere: cōgregauit
ioab exercitū et robur mi-
litie et vastauit terrā fi-
liorū āmon: perrexitq; et
obsedit rabba. Porro
dauid manebat in ihe-
rusalē: quando ioab p̄-
cussit rabba et destruxit
eā. Tulit autē dauid coro-
nā melchom de capite e-
ius: et inuenit in ea auri
pondo talentū et preci-
osissimas gēmas: fecitq;

inde sibi dyadema. Ma-
nubias quoq; vrbis plu-
rimas tulit. Plm autē q̄
erat in ea eduxit: et fecit
sup eos tribulas et tra-
has et ferrata carpenta
transire: ita ut dissecaren-
tur et cōtererentur. Sic fe-
cit dauid cunctis vrbibꝫ
filiorū āmon: et reuer-
sus est cū omi plō suo
in ihrlm. Post hec initū
est bellū in gazer adu'-
sus philisteos: in quo
percussit sobochai vsathi-
tes saphai de genere ra-
phaim: et humiliauit
eos. Aliud quoq; bellū
gestū est aduersū philis-
teos: in quo percussit ade-
odatus filius saltus be-
thleemites fratrē goliath
getthei: cuius haste lig-
nū erat quasi liciatoriū
texentiū. Sed et aliud
bellū accidit in geth. in
quo fuit homo longis-
simus habens digitos se-
nos. id est simul viginti

quatuor: qui et ipse de ra-
pha fuerat stirpe gene-
ratus. Hic blasphema-
vit isrl: et percussit eum io-
natha filius samaa fra-
tris david. Hii sunt filii
rapha in geth: qui ceci-
derunt in manu david et
servorum eius. Capitulum xxi.

Consurrexit autem
sathan contra
isrl: et incitavit
david ut numeraret isrl.
Dixitque david ad ioab et
ad principes populi. Ite et nu-
merate isrl a bersabee
usque dan: et afferte mi-
chi numerum ut sciam. Res-
ponditque ioab. Augeat
dominus populum suum centuplum
quam sunt. Nonne domine mi rex
omnes servi tui sunt? Cur
hoc querit dominus meus?
quod in peccatum reputetur
isrl? Sed sermo regis ma-
gis prevaluit. Egressusque
est ioab et circuivit univer-
sum isrl: et reversus est in
ierusalem. Deditque david nu-
merum eorum quos circuie-
rat: et inventus est omnis
isrl numerus mille milia.
et centum milia virorum e-
ducentium gladium. De iu-
da autem: trecenta septua-
ginta milia bellatorum.
Nam levi et beniamin
non numeravit: eo quod in-
vitus exequeretur regis im-
perium. Displicuit autem de-
o quod iusserat: et percus-
sit isrl. Dixitque david ad
dominum. Peccavi nimis ut
hoc facerem. Obsecro aufer
iniquitatem servi tui: quia in-
sipienter egi. Et locutus
est dominus ad gad videntem
david dicens. Vade et loque-
re ad david: et dic ei. Hec
dicit dominus. Trium tibi optio-
nem do: unum quod volu-
eris elige ut faciam tibi. Cum-
que venisset gad ad david:
dixit ei. Hec dicit dominus. E-
lige quod volueris: aut
tribus annis pestilentiam:
aut tribus mensibus fuge-
re hostes tuos. et gladium

eorū nō posse euadē: aut
tribus diebus gladiū dñi
et mortē versari in terra
et angelū dñi interficere
in vniuersis finibus isrl'.
Nūc igitur vide quid res-
pondeā ei qui misit me.
Et dixit dauid ad gad.
Ex omī parte me angus-
tie premūt. Sed melius
michi est ut incidā in ma-
nus dñi. quia multe sūt
miserationes eius: q̄m in
manus hominū. Misit
ergo dñs pestilentiā in is-
rael: et ceciderūt de israel
septuaginta milia viro-
rū. Misitq; angelū in ihe-
rusalem: ut percuteret eā.
Cūq; percuteret̄. vidit dñs
et misertus est sup mag-
nitudinē mali: et impe-
rauit angelo qui percute-
bat. Sufficit: iā cesset ma-
nus tua. Porro angelus
dñi stabat iuxta areā or-
nan iebusei. Leuansq; da-
uid oculos suos vidit an-
gelū dñi stantē inter celū
et terrā. et euaginatū gla-
diū in manu eius et ver-
sū contra ihrlm: et cecide-
rūt tam ipse q̄m maiores
natu vestiti ciliciis pro-
ni in terrā. Dixitq; dauid ad
deū. Nōne ego sū qui ius-
si ut numeraret̄ ꝑplus?
Ego qui peccaui: ego qui
malū feci. Iste grex quid
cōmeruit? Dñe deus me-
vertatur obsecro manus
tua in me et in domū pa-
tris mei: ꝑplus autē tuus
nō percutiatur. Angelus aūt
dñi ꝑcepit gad ut diceret
dauid: et ascenderet extrue-
retq; altare dño deo in are-
a ornan iebusei. Ascendit
ergo dauid iuxta sermonē
gad: quē locutus fuerat
ex sermone dñi. Porro or-
nan cū suspexisset et vi-
disset angelū. quatuorq;
filii eius cū eo: absconde-
rūt se. Nam eo tēpore te-
rebat in area triticū. Igi-
tur cū veniret dauid ad ornā
cōspexit eū ornan et pce-

sit ei obviā de area: et ad
oravit eū pnus in terrā.
Dixitq; ei david. Da mi
chi locū aree tue ut edificē
in ea altare dñi: ita ut
quantū valet argentū ac
cipias: et cesset plaga a
populo. Dixit aūt ornā
ad david. Tolle et faciat
dñs meus rex quodcūq; ei
placet. Sed et boves do.
in holocaustū. et tribulas
in ligna. et triticū in sac
rificiū: omīa libens pbeo.
Dixitq; ei rex david. Neq̃
qͦ ita fiet: sed argentū da
bo quantū valet. Neq;
eīm tibi auferre debeo: et sic
offerre dño holocausta gͣ
tuita. Dedit ergo david
ornan pro loco syclos au
ri iustissimi ponderis sex
centos: et edificavit ibi
altare dño. obtulitq; ho
locausta et pacifica et i
vocavit deū: et exaudivit
eū in igne de celo sup al
tare holocausti. Pcepitq;
dñs angelo: et convertit
gladiū suū in vaginā.
Ptinus ergo david vidēs
qđ exaudisset eū dñs in
area ornan iebusei: īmo
lavit ibi victimas. Tab
nacilū aūt dñi quod fe
cerat moyses in deserto et
altare holocaustorū ea
tēpestate erat in excelso
gabaon: et nō prevaluit
david ire ad altare ut ibi
obsecraret deū. Nimio eñ
fuerat timore pterritus:
vidēs gladiū angeli dñi.

Caplm xxii

Dixitq;
david. Hec ē do
mus dei: et hoc
altare in holocaustū isrl'.
Et pcepit ut cōgregaren
tur omēs pseliti de terra
isrl': et cōstituit ex eis la
thomos ad cedendos lapi
des et poliendos. ut edifi
caretur domus dñi. Ferrū
quoq; plurimū ad cla
vos ianuarū. et ad com
missuras atq; iuncturas
pparavit david: et eris
pondus īnumerabile.

Ligna quoq3 cedrina nō
poterant estimari: que
sydonij et tirij deportaue
rant ad dauid. Et dixit da
uid. Salomon filius me
us puer paruulus est et
delicatus. Domus autē
quā edificare volo dño
talis esse debet: ut in cūc
tis regionibȝ nominet᷑.
Preparabo ergo ei necessa
ria. Et ob hanc causā an
te mortē suā omēs p̄pa
rauit impensas. Vocauit
q3 salomonē filiū suū:
et p̄cepit ei ut edificaret
domū dño deo isrl̄. Dixit
q3 dauid ad salomonē.
Fili mi voluntatis mee fu
it ut edificarē domū no
mini dñi dei mei: sed fac
tus est ad me sermo dñi
dicens. Multū sāguinē
effudisti. et plurima bel
la bellasti: nō poteris e
dificare domū nomi me
o. tanto effuso sanguīe
corā me. Filius qui nasce
tur tibi: erit vir quietissi
mus. Faciā eū cū requies
eorū et de posteris quos nō
īterfecerant filij isrl̄. subiu
gauit salomon in tribu
tarios vsq3 in diē hanc.
Porro de filijs isrl̄ nō po
suit ut seruirent operibz
regis. Ipsi enī erant viri
bellatores. et duces primi:
et principes quadrigarū
et equitū eius. Omes aūt
principes exercitus regis sa
lomonis fuerūt ducenti
quinquaginta: qui erudi
ebant pplm. Filiā vero
pharaonis transtulit de
ciuitate dauid: in domū
quā edificauerat ei. Dix
it enī rex. Nō habitabit
vxor mea in domo dauid
regis isrl̄. eo qd sanctifica
ta sit: quia īgressa est in
eā archa dn̄i. Tūc obtulit
salomon holocausta dn̄o

sup altare dñi. qd' extruxe
rat ante porticũ: ut per
singulos dies offerret in eo
iuxta preceptũ moysi in
sabbatis et in kalendis.
et in festis diebus ter per an
nũ: id est in solẽpnitate
azimorũ. et in solẽpnitate
ebdomadarũ. et in solẽp
nitate tabernaculorũ. Et
cõstituit iuxta dispositio
nem david patris sui. of
ficia sacerdotũ in ministeri
is suis: et levitas in ordi
ne suo. ut laudarent et mi
nistrarent corã sacerdotibꝫ
iuxta ritũ uniuscuiusqꝫ
diei: et ianitores in divisi
onibus suis per portã et
portã. Sic enĩ preceperat da
uid homo dei. Nec pter
gressi sũt de mandatis re
gis tam sacerdotes q̃ levi
te: ex omnibus que precepe
rat. Et in custodiis thesau
rorũ omnes impensas pre
paratas habuit salomon:
ex eo die quo fũdavit do
mũ dñi. usqꝫ in diẽ quo
pfecit eã. Tũc abiit salo
mon in ihesongaber et
in haylath: ad oram ma
ris rubri q̃ est in t̃ra edom.
Misit ergo ei hyram per
manus servorũ suorum
naves et nautas gnaros
maris: et abierũt cũ ser
vis salomonis in ophyr.
Tuleruntqꝫ inde quadrin
genta quinquaginta ta
lenta auri: et attulerũt
ad regẽ salomonẽ. Capl' ix

Regina quoqꝫ
saba cũ audisset
famã salomõis:
venit ut temptaret eũ in
enigmatibꝫ in ihrlm cum
magnis opibus et came
lis qui portabant aroma
ta. et auri plurimũ gem
masqꝫ preciosas. Cumqꝫ veni
set ad salomonẽ: locuta
est ei quecumqꝫ erant in cor
de suo. Et exposuit ei salo
mon omnia que proposue
rat: nec quicquam fuit quod
ei nõ perspicuũ fecerit. Que
postquam vidit sapientiam

scilicet salomonis et domū
quā edificauerat. necnon
cibaria mense eius et ha
bitacula seruorū et officia
ministrorū eius. et vestimē
ta eorū. pincernas quoqꝫ
et vestes eorū. et victimas
quas immolabat in domo
dn̄i: nō erat pre stupore
ultra in ea sp̄us. Dixitqꝫ
ad regē. Verus sermo quē
audierā i terra mea de vir
tutibus et sapientia tua.
Nō credebā narrantibus
donec ipsa venissem. et vi
dissent oculi mei: et pro
bassem vix medietatē mi
chi sapientie tue fuisse
narratā. Vicisti famam
virtutib; tuis. Beati viri
tui et beati serui tui: hij
qui assistūt corā te in ōni
tēpore. et audiūt sapien
tiā tuā. Sit dn̄s deus tu
us benedictus: qui voluit
te ordinare sup thronum
suū regē dn̄i dei tui. Qꝛ
diligit deus isrl' et vult ser
vare eū in eternū: idcirco
posuit te sup eū regē. ut fa
cias iudicia atqꝫ iusticiā.
Dedit aūt regi centū vigi
ti talenta auri. et aroma
ta multa nimis: et gem
mas p̄ciosissimas. Non
fuerūt aromata talia: ut
hec que dedit regina saba
regi salomoni. Sed et ser
ui hyrā cū seruis salomo
nis attulerūt aurū de o
phir. et ligna thyna. et
gēmas p̄ciosissimas: de q
bus fecit rex de lignis thy
nis gradus in domo dn̄i.
et in domo regia: cytha
ras quoqꝫ et psalteria cā
toribus. Nūq̄m visa sūt
in terra iuda ligna talia.
Rex aūt salomon dedit
regine saba cūcta que vo
luit et que postulauit:
multoplura q̄m attule
rat ad eū. Que reuersa: abi
it in terrā suā cū seruis
suis. Erat aūt pōdus au
ri quod afferebatur salo
moni per āños singulos
sexcenta sexaginta sex talē

ta auri: excepta ea summa
quam legati diversarum gen-
tium et negociatores afferre
consueverant: omnesque reges
arabie et satrape terrarum
qui comportabant aurum et
argentum salomoni. Fecit
ergo rex salomon ducentas
hastas aureas de summa
sexcentorum aureorum. qui in
hastis singulis expende-
bantur: trecenta quoque
scuta aurea trecentorum au-
reorum quibus tegebantur
scuta singula: posuitque ea
rex in armamentario quod
erat consitum nemore. Fecit
quoque rex solium eburneum
grande: et vestivit illud
auro mundissimo. Sex quoque
gradus quibus ascendeba-
tur ad solium: et scabellum
aureum et brachiola duo
altrinsecus. et duos leones
stantes iuxta brachiola.
Sed et alios duodecim leun-
culos: stantes super sex gra-
dus ex utraque parte. Non
fuit tale solium in universis
regnis. Omnia quoque va-
sa convivii regis erant au-
rea: et vasa domus saltus
libani ex auro purissimo.
Argentum enim in diebus illis
pro nichilo reputabatur.
Siquidem naves regis ibant
in tharsis cum servis hyram
semel in annis tribus: et de-
ferebant inde aurum et ar-
gentum. et ebur et symias
et pavos. Magnificatus
est igitur salomon super om-
nes reges terre. pre divici-
is et gloria. Omnesque re-
ges terrarum desiderabant
faciem videre salomonis:
ut audirent sapientiam
quam dederat deus in corde
eius. Et deferebant ei mu-
nera: vasa argentea et
aurea. et vestes et arma.
et aromata. equos et mu-
los per singulos annos.
Habuit quoque salomon
quadraginta milia equorum
in stabulis: et curruum equi-
tumque duodecim milia.
Constituitque eos in urbibus

quadrigarum: et ubi erat
rex in ierusalem. Exercuit etiam
potestatem super cunctos reges
a flumine eufraten usque
ad terram philistinorum: et
usque ad terminos egipti.
Tantamque copiam prebuit
argenti in ierusalem quasi lapi
dum: et cedrorum tantam mul
titudinem. velut sicomorum
que gignuntur in campestri
bus. Adducebantur autem ei
equi de egipto: et de cunctis
regionibus. Reliqua vero
operum salomonis priorum
et novissimorum: scripta sunt
in verbis nathan prophete. et
in libris ahye silonitis. in
visione quoque addo videntis
contra hieroboam filium nabath.
Regnavit autem salomon in
ierusalem super omnem israel. qua
draginta annis. Dormivitque
cum patribus suis: et sepeli
erunt eum in civitate david:
regnavitque pro eo roboam fi
lius eius. Capitulum x.
Profectus est autem
roboam in sichem.
Illuc enim cunctus israel conve
nerat: ut constituerent eum
regem. Quod cum audisset
hieroboam filius nabath
qui erat in egipto: fugerat
quippe illuc ante salomo
nem: statim reversus est.
Vocaveruntque eum: et venit
cum universo israel. Et locuti
sunt ad roboam dicentes. Pa
ter tuus durissimo iugo
nos compressit: tu leviora
impera patre tuo qui no
bis grave imposuit servi
tutem: et paululum de onere
subleva ut serviamus tibi.
Qui ait. Post tres dies
revertimini ad me. Cumque ab
isset populus: iniit consilium
cum senibus qui steterant
coram patre eius salomone
dum adhuc viveret dicens.
Quid datis consilii ut res
pondeam populo? Qui
dixerunt. Si placueris po
pulo huic et lenieris eos
verbis clementibus: servi
ent tibi omni tempore. At
ille reliquit consilium senum:

et cū iuuenibus tractare
cepit qui cū eo nutriti fue-
rant et erant in comitatu
illius: dixitq; ad eos. Qd
vobis videtur ? vel respon-
dere quid debeo populo hu-
ic qui dixit michi. suble-
ua iugū quod īposuit no-
bis pater tuus? At illi res-
ponderūt ut iuuenes et
nutriti cū eo in delicijs: ait
q; dixerūt. Sic loq̄ris po-
pulo qui dixit tibi pater
tuus aggrauauit iugū
nostrū: tu subleua: et
sic respō debis eis. Mi-
nimus digitus meus:
grossior est lūbis patris
mei. Pater meus īposuit
vobis iugū graue: et ego
maius pondus apponā.
Pater meus cecidit vos
flagellis: ego vero cedam
scorpionibus. Venit ergo
hieroboam et vniuersus
ppl's ad roboam die ter-
cio: sicut p̄ceperat eis. Res-
ponditq; rex dura: derelicto
cōsilio seniorū: locutusq;

est iuxta iuueniū volun-
tatē. Pater meus graue
vobis īposuit iugū: qd̄
ego grauius faciā. Pat̄
meus cecidit vos flagell':
ego vero cedā scorpionib;.
Et nō acquieuit populi
precibus. Erat enī volun-
tas dei: ut cōpleretur ser-
mo eius. quē locutus fu-
erat per manū ahye sy-
lonitis ad hieroboam fi-
liū nabath. Ppl's autē
vniuersus rege duriora di-
cente: sic locutus est ad
eū. Nō est nobis pars in
dauid: neq; hereditas in
filio ysai. Reuertere in ta-
bernacula tua isrl': nūc
pasce domū tuā dauid.
Et abijt isrl' in taberna-
cula sua. Sup filios aūt
isrl' qui habitabāt in ci-
uitatibus iuda: regna-
uit roboam. Misitq; rex
roboam adurā qui pe-
rat tributis: et lapidaue-
rit eū filij isrl': et mortu-
us est. Porro rex roboā

currũ festinauit ascendere:
et fugit in ihrlm. Recessit
q; isrl' a domo dauid usq;
a diem hanc. Capitulum xi.
Uenit autem robo-
am in ihrlm et
cõuocauit uni-
uersã domũ iuda et ben-
iamin. in centũ octoginta
milibus electorũ bellan-
tiũ: ut dimicaret contra
isrl'. et cõuerteret ad se reg-
nũ suũ. Factus q; est sermo
dñi ad semeiam hominẽ
dei dicens. Loquere ad ro-
boam filiũ salomonis
regẽ iuda: et ad uniuersũ
isrl' qui est in iuda et ben-
iamin. Hec dicit dñs. Nõ
ascendetis: neq; pugnabi-
tis contra fratres vros.
Reuertatur unusquisq; in
domũ suã: quia mea hoc
gestũ est uolũtate. Qui
cũ audissent sermonem
dñi reuersi sũt: nec perre-
xerũt contra hieroboam.
Habitauit autem roboam
in ihrlm: et edificauit ci-
uitates muratas ĩ iudã.
Extruxitq; bethleem. et
etham. et thecue. bethsur
quoq; et socho. et odol-
lam. necnõ geth. et ma-
resa. et ziph: sed et urã
et lachis. et azecha. Sa-
raa quoq; et haialon.
et hebron. que erant in
iuda. et beniamin ciuita-
tes munitissimas. Cũq;
clausisset eas muris: po-
suit in eis pñcipes. abo-
rũq; horrea. hoc est olei
et uini. Sed et singulis
urbibus fecit armamen-
taria scutorũ et hastarũ:
firmauitq; eas summa di-
ligentia: et iperauit sup
iudã et beniamin. Sacer-
dotes autem et leuite qui erãt
in uniuerso isrl'. uenerũt
ad eũ de cũctis sedibus su-
is. relinquẽtes suburbana
et possessiones suas. et trãs-
eũtes ad iudã et ihrlm: eo
qd' abiecisset eos hierobo-
am. et posteri eius ne sacer-
dotio dñi fungerentur. Qui

cōstituit sibi sacerdotes
excelsorū et demoniorū vi
tulorūq; quos fecerat. Sz
et de cūctis tribubz israel
quicūq; dederāt cor suum
ut quererent dūm deū isrl
venerunt ihrlm ad imo
landas victimas dūo deo
patrū suorū: et roborave
rūt regnū iuda et cōfirma
verūt roboā filiū salo
monis per tres ānos. Am
bulaverūt enī in viis da
uid et salomonis: ānis
tantū tribus. Duxit aūt
roboam uxorē maalath.
filiā ierimuth filij david:
abyail quoq; filiā hely
ab. filij ysai. que peperit
ei filios ieus et somoriā
et zoom. Post hanc quoq;
accepit maacham filiā
absalon: que peperit ei
abya ethai. et ziza et sa
lomith. Amavit aūt ro
boam maacha filiā ab
salon: sup omēs uxores
suas et cōcubinas. Nam
uxores decē et octo duxerat.
cōcubinas aūt sexaginta:
et genuit viginti et octo
filios. et sexaginta filias.
Cōstituit vero in capite
abyam filiū maacha:
ducē sup omēs frēs suos.
Ipsū enī regē facere cogi
tabat: quia sapientior
fuit et potentior sup om
nes filios eius: et in cūctis
finibz iuda et beniamin
et in universis civitatibz
muratis. Prebuitq; eis
escas plurimas: et mul
tas petiuit uxores Capl xii

Cumq; robo
ratū fuisset reg
nū roboā et con
fortatū: dereliquit legem
dūi. et omnis isrl cū eo. An
no aūt quīto regni robo
am. ascendit sesac rex e
gipti in ihrlm. quia pecca
verūt dūo. cū mille duce
tis curribus et sexaginta
milibz equitū: nec erat nu
merus vulgi quod vene
rat cū eo ex egipto: lybies
scilicet et trogodite. et ethi

opes. Cepitque civitates mu
nitissimas in iuda: et venit
usque in ierusalem. Semeias autem
propheta ingressus est ad robo
am et principes iuda qui con
gregati fuerant in ierusalem.
fugientes sesac: dixitque ad
eos. Hec dicit dominus. Vos re
liquistis me: et ego reliqui
vos in manu sesac. Con
sternatique principes israel et reges:
dixerunt. Iustus est dominus. Cumque vi
disset dominus quod humiliati es
sent: factus est sermo domini
ad semeiam dicens. Quia
humiliati sunt, non disperdam
eos: daboque eis pauxillum
auxilii: et non stillabit fu
ror meus super ierusalem per ma
num sesac. Verumtamen ser
vient ei: ut sciant distan
tiam servitutis mee et ser
vitutis regni terrarum. Re
cessit itaque sesac rex egypti
ab ierusalem: sublatis thesau
ris domus domini, et domus
regis. Omniaque secum tulit:
et clipeos aureos quos fe
cerat salomon. Pro quibus
fecit rex eneos: et tradidit
illos principibus scutariorum.
qui custodiebant vestibu
lum palacii. Cumque introiret rex
domum domini: veniebant scu
tarii et tollebant eos. ite
rumque referebant ad arma
mentarium suum. Verumta
men quia humiliati sunt. aver
sa est ab eis ira domini: nec
deleti sunt penitus. Siquidem
et in iuda inventa sunt opera
bona. Confortatus igitur
est rex roboam in ierusalem:
atque regnavit. Quadra
ginta autem et unius anni
erat cum regnare cepisset: et
decem et septem annis regna
vit in ierusalem urbe quam ele
git dominus. ut confirmaret no
men suum ibi de cunctis tri
bubus israel. Nomenque ma
tris eius naama amanit
tis. Fecitque malum: et non
preparavit cor suum ut que
reret dominum. Opera vero
roboam prima et novissi
ma scripta sunt in libris
semeie prophete. et addo vi

deutis: et diligenter exposi
ta. Pugnaveruntque adver
sum se roboam et hieroboam
cunctis diebus. Et dormivit
roboam cum patribus suis:
sepultusque est in civitate
david: et regnavit abya
filius eius pro eo. Capitulum xiii.

Anno octavo
decimo regis
hieroboam: regna
vit abya super iudam. Tribus
annis regnavit ierusalem: nomen
que matris eius mycha
ia filia urihel de gabaa.
Et erat bellum inter abya
et hieroboam. Cumque inisset
abya certamen et haberet
bellicosissimos viros et e
lectorum quadraginta mi
lia: hieroboam instruxit
e contra aciem octoginta
milia virorum: qui et ipsi
electi erant et ad bella for
tissimi. Stetit igitur abya
super montem semeron qui e
rat in ephraim: et ait. Au
di hieroboam: et omnis israel.
Num ignoratis quod dominus de
us israel dederit regnum david
super israel in sempiternum:
ipsi et filiis eius in pactum
salis? Et surrexit hierobo
am filius nabath servus
salomonis filii david: et
rebellavit contra dominum su
um. Congregatique sunt ad
eum viri vanissimi et filii be
lial: et praevaluerunt contra
roboam filium salomonis.
Porro roboam erat rudis et
corde pavido: nec potuit re
sistere eis. Nunc ergo vos di
citis quod resistere possitis
regno domini. quod possidet
per filios david: habetis
que grandem populi multitu
dinem. atque vitulos aureos
quos fecit vobis hierobo
am in deos. Et eiecistis sa
cerdotes domini filios aaron
atque levitas: et fecistis vo
bis sacerdotes sicut omnes
populi terrarum. Quicumque
venerit et initiaverit ma
num suam in tauro. in bubus
et in arietibus septem: fit sa
cerdos eorum qui non sunt dii.

Noster aūt dn̄s deus est:
quē nō relinquimꝰ. Sacer
dotes q̄ ministrāt dn̄o de
filijs aaron: et leuite sūt
in ordine suo. Holocaus
ta quoq̄ offerūt dn̄o per
singulos dies mane et ues
pere. et thymiama iuxta
legis p̄cepta confectū: et
ꝓponūtur panes in men
sa mundissima. Estq̄ apud
nos candelabrū aureū
et lucerna eius: ut accen
datur semp ad vesperam
Nos quippe custodimus
p̄cepta dn̄i dei nr̄i: quē
vos reliquistis. Ergo in
exercitu nr̄o dux deus est:
et sacerdotes eius qui clā
gūt tubis et resonāt con
tra vos. Filij isrl̄ nolite
pugnare cōtra dn̄m deū
patrū vestrorū: quia nō
vobis expedit. Hec illo
loquēte: hieroboā retro
moliebat̄ insidias. Cūq̄
ex aduerso hostiū staret:
ignorante iudā suo am
biebat exercitu. Respiciēs
q̄ iudas. vidit īstare
bellū. ex aduerso et post
tergū: et clamauit ad do
minū. ac sacerdotes tubis
canē cepērūt: omēs q̄ viri
iuda vociferati sūt. Et ecce
illis clamantibꝫ: pterruit
deus hieroboā et omnem
isrl̄. qui stabat ex aduer
so abya et iuda. Fugerūt
q̄ filij isrl̄ iudā: et tradidit
eos deus in manu eorum.
Percussit ergo eos abya et
p̄plus eius plaga magna:
et corruerūt vulnerati ex
isrl̄ quinquaginta milia
virorū fortiū. Humiliati
q̄ sūt filij isrl̄ in tēpore il
lo: et vehemētissime con
fortati filij iudā: eo qd̄ spe
rassent in dn̄o deo patrū
suorū. Persecutus est aūt
abya fugientē hieroboā:
et cepit ciuitates eius be
thel et filias eius. et iese
na cū filiabus suis. ephrō
quoq̄ et filias eius. Nec
valuit ultra resistē hiero
boam in diebꝫ abya: quē

percussit dominus. Et mortu
us est. Igitur abya con
fortato imperio suo acce
pit uxores quattuordecim:
procreavitque viginti et du
os filios et sedecim filias.
Reliqua autem sermonum
abya viarumque et operum
eius: scripta sunt diligen
tissime in libro prophete addo.

Capl' xiiij.

Dormivit
autem abya
cum patribus suis:
et sepelierunt eum in civitate
david: regnavitque asa fi
lius eius pro eo. In cuius
diebus quievit terra annis
decem. Fecit autem asa quod
bonum et placitum erat in con
spectu dei sui: et subvertit
altaria peregrini cultus
et excelsa. et confregit sta
tuas lucosque succidit: ac
precepit iude ut quereret
dominum deum patrum suorum. et
faceret legem et universa
mandata. Et abstulit e
cunctis urbibus iuda aras
et fana: et regnavit in
pace. Edificavitque urbes
munitas in iuda: quia
quietus erat. et nulla tem
poribus eius bella surrex
erant. pacem domino largiente.
Dixit autem iude. Edificemus
civitates istas et vallemus
muris: et roboremus tur
ribus. et portis. et seris.
donec a bellis quieta sunt
omnia: eo quod quesierimus
dominum deum patrum nostrorum:
et dederit nobis pacem per
gyrum. Edificaverunt igitur
et nullum in extruendo im
pedimentum fuit. Habu
it autem asa in exercitu suo
portantium scuta et has
tas de iuda trecenta mil
lia: de beniamin vero scu
tariorum et sagittariorum
ducenta septuaginta mi
lia. Omnes isti viri fortis
simi. Egressus est autem
contra eos zara ethiops
cum exercitu suo decies cente
na milium. et curribus tre
centis: et venit usque ma
resa. Porro asa pergens

obuiā. et īstruxit aciē ad
bellū in valle saphata. q̄
est iuxta maresā: et inuoca
uit dñm deū. et ait. Dñe
nō est apud te ulla distā
tia: utrū in paucis auxi
lieris an in pluribꝫ. Adiu
ua nos dñe deus noster.
In te enī et in tuo nomīe
habentes fiduciā: ueni
mus contra hanc multi
tudinē. Dñe deus noster
tu es: nō preualeat contra
te homo. Exterruit itaqꝫ
dñs ethiopes corā asa et
iuda. Fugeruntqꝫ ethiopes:
et psecutus est eos asa. et
ꝑplus qui cū eo erat usqꝫ
gerar. Et ruerunt ethiopes
usqꝫ ad īternetionē: quia
dño cedente cōtriti sūt. et
exercitu illius ꝑliante.
Tulerunt ergo spolia mul
ta: et percusserūt omnes ci
uitates per circuitū gera
re. Grandis quippe cunc
tos terror īuaserat. Et di
ripuerūt urbes: et mul
tam predā asportauerūt:
sed et caulas ouiū destruē
tes tulerūt pecorū infini
tam multitudinē et ca
melorū: reversiqꝫ sūt in
iherusalem. Capitulum xv.

Azarias autē filiꝰ
Odid facto in se
spiritu dei. egres
sus est in occursū asa: et
dixit ei. Audite me asa:
et omnis iuda. et beniamī.
Dñs vobiscū: quia fuis
tis cū eo. Si q̄sieritis eū:
īuenietis. Si autē dereliq
ritis eū: derelinquet vos.
Transibunt autē multi di
es in isrl' absqꝫ deo vero:
et absqꝫ sacerdote doctore.
et absqꝫ lege. Cūqꝫ reversi
fuerint in angustia sua
clamaverintqꝫ ad dñm
deū israel et q̄sierint eum:
repperient eū. In tempore
illo nō erit pax egrediēdi
et īgrediendi: sed terrores
undiqꝫ in cūctis habita
toribus terrarū. Pugna
bit enī gens contra gentē.
et ciuitas contˢ ciuitatem:

quia dñs cōturbabit eos
in omni angustia. Vos er-
go cōfortamini: et nō dis-
soluantur manus vre. Erit
enī merces operi vro. Qđ
cū audisset asa verba sci-
licet et prophetiā azarie filii
odid prophete: cōfortatus ē.
Et abstulit ydola de omni
terra iuda et beniamin. et
ex vrbibus quas ceperat
montis ephraim: et dedi-
cauit altare dñi. quod e-
rat ante porticū domini.
Cōgregauitq; vniuersum
iudā et beniamin: et adue-
nas cū eis de ephraim. et
de manasse et de symeon.
Plures enī ad eū cōfuge-
rant ex isrl: videntes qđ
dñs deus illius esset cū eo.
Cūq; venissent ierlm mēse
tercio. āno quītodecimo
regni asa: immolauerunt
dño in die illa de manu-
biis et preda quā adduxe-
rant boues septingentos.
et arietes septē milia. Et
īntrauit ex more ad corrobo-
randū fedus: ut quererent
dñm deū patrū suorū. in
toto corde et in tota aīa
sua. Si quis aūt inquit
non quesierit dñm deū isrl:
moriatur a minimo usq; ad maxi-
mū. a viro usq; ad mulie-
rem. Iurauerūtq; dño
voce magna. in iubilo
et in clangore tube et in so-
nitu bucinarū: omēs qui
erant in iuda cū execratio-
ne. In omni enī corde suo
iurauerūt: et in tota vo-
luntate quesierūt eū. et īue-
nerūt: prestititq; eis dñs
requiē per circuitū. Sed
et maacham matrē asa
regis ex augusto deposuit
imperio: eo qđ fecisset in
luco simulacrū priapi.
Quod omne cōtriuit: et in
frusta comminuēs cōbussit
in torrente cedron. Excel-
sa aūt derelicta sūt in is-
rael. Attamen cor asa e-
rat perfectū cūctis diebus
eius. Ea que vouerat pa-
ter suus et ipse intulit in

domum domini: argentum et au
rum vasorumque diversam sup
pellectilem. Bellum vero non
fuit usque ad tricesimum an
num regni asa. Capitulum xvi

Anno autem tricesi
mo sexto regni
eius ascendit ba
asa rex israel in iudam: et
muro circumdabat rama.
ut nullus tute posset egre
di et ingredi. de regno asa.
Protulit autem asa argentum
et aurum de thesauris do
mus domini. et de thesauris
regis: misitque ad bena
dab regem syrie qui habita
bat in damasco dicens.
Fedus inter me et te est. Pa
ter quoque meus et pa
ter tuus habuere con
cordiam. Quobrem misi
tibi argentum et aurum: ut
rupto federe quod habes
cum baasa rege israel. fa
cias eum a me recedere. Quo
comperto benadab. misit
principes exercituum suorum
ad urbes israel: qui percusse
runt ahyon et dan. et abel
maim. et universas urbes
muratas neptalim. Quod
cum audisset baasa: desi
vit edificare rama. et inter
misit opus suum. Porro
asa rex assumpsit universum
iudam: et tulerunt lapides
de rama et ligna. que edi
ficationi preparaverat ba
asa: edificavitque ex eis
gabaa et masphat. In tem
pore illo venit anani pro
pheta ad asa regem iuda:
et dixit ei. Quia habu
isti fiduciam in rege syrie
et non in domino deo tuo: id
circo evasit syrie regis exer
citus de manu tua. Non
ne ethyopes et lybies mul
to pluris erant quadri
gis et equitibus et multitu
dine nimia? Quos cum
domino credidisses: tradidit
in manu tua. Oculi enim
eius contemplantur univer
sam terram: et prebent forti
tudinem hiis qui corde per
fecto credunt in eum. Stulte

igitur egisti: et propter hoc
etiam presenti tempore aduer
sum te bella consurgent. Ira
tusque est asa aduersus
videntem: iussit eum mitti in
neruum. Valde quippe su
per hoc fuit dominus indigna
tus: et interfecit de popu
lo in tempore illo plurimos.
Opera autem asa prima
et nouissima: scripta sunt
in libro regum iuda et israel.
Egrotauit etiam asa anno
o tricesimo nono regni
sui dolore pedum vehemen
tissime: et nec in infirmi
tate quesiuit dominum: sed ma
gis in medicorum arte con
fisus est. Dormiuitque cum
patribus suis: et mortuus
est anno quadragesimo reg
ni sui: et sepelierunt eum in
sepulchro suo. quod fode
rat sibi in ciuitate da
uid. Posueruntque eum super
lectum suum plenum aroma
tibus et vnguentis mere
tricijs que erant pigmen
tariorum arte confecta: et com

busserunt super eum ambitio
ne nimia. Capitulum xvij.
Regnauit autem io
saphat filius eius
pro eo: et inualu
it contra israel. Constituitque
militum numeros in cunc
tis vrbibus iuda: que e
rant vallate muris. Pre
sidiaque disposuit in terra
iuda: et in ciuitatibus e
phraim quas ceperat a
sa pater eius. Et fuit dominus
cum iosaphat: quia ambu
lauit in vijs dauid patris
sui primis: et non spera
uit in baalim sed in deo
patris sui: et perrexit in pre
ceptis illius. et non iuxta
peccata israel. Confirmauit
que dominus regnum in manu
eius: et dedit omnis iuda
munera iosaphat: fac
teque sunt ei infinite diuici
e. et multa gloria. Cumque
sumpsisset cor eius audaciam
propter vias domini: etiam excel
sa et lucos de iuda abstu
lit. Tercio autem anno regni

sui misit de principibus su-
is benail et obdyam. et za-
chariā. et nathanael. et
mycheam ut docerent in
civitatibus iuda: et cū eis
levitas. semeiam. et na-
thaniam. et zabadyam.
asahel quoque et semira-
moth. et ionathan. ado-
niamque et thobiā. et tho-
badoniā. levitas. et cum
eis elysama. et ioram sa-
cerdotes. Docebantque po-
pulū in iuda: habentes
librū legis dn̄i. Et circu-
ibant cunctas urbes iuda:
atque erudiebant populū.
Itaque factus est pavor
dn̄i sup omnia regna ter-
rarū. que erant per gyrū
iuda: nec audebant bel-
lare contra iosaphat.
Sed et philistei iosaphat
munera deferebant: et
vectigal argenti. Arabes
quoque adducebant pecora:
arietū septē milia septin-
gentos: et hircos totidē.
Crevit ergo iosaphat et

et magnificatus est usque
in sublime: atque edifica-
vit in iuda domos ad in-
star turriū. urbesque mura-
tas: et multa opera pa-
ravit in urbibus iuda. Viri
quoque bellatores et robus-
ti erant in ihrlm: quorū
iste numerus per domos
atque familias singulorū.
In iuda principes exercitus
ednas dux: et cū eo robus-
tissimi viri trecenta milia.
Post hunc iohanan prin-
ceps: et cū eo ducenta oc-
toginta milia. Post istū
quoque amasias filius ze-
chri consecratus dn̄o: et cū
eo ducenta milia virorū
fortiū. Hunc sequebatur
robustus ad prelia elya-
da: et cū eo tenentiū arcū
et clipeū ducenta milia.
Post istū etiā iozabath:
et cū eo centū octoginta
milia expeditorū militū.
Hii omnes erant ad ma-
nū regis: exceptis aliis
quos posuerat in urbibus

muratis et in vniuerso
Iuda Capl' xviii.
Uit ergo iosa
phat dives et in
clitus multū: et affinita
te coniunctus est ahab.
Descenditque post annos
ad eū in samariā. Ad cu
ius adventū mactavit
ahab arietes et boues
plurimos et populo qui
venerat cū eo: persuasit
que ut ascenderet in ramoth
galaad. Dixitque ahab
rex isrl' ad iosaphat regē
iuda. Veni mecū in ra
moth galaad. Cui ille
respondit. Ut ego et tu.
Sicut populus tuus sic po
pulus meus: tecumque eri
mus in bello. Dixitque io
saphat ad regē isrl'. Con
sule obsecro in presentiarum
sermonē dn̄i. Congrega
uit igitur rex isrl' prophe
tarū quadringentos vi
ros: et dixit ad eos. In
ramoth galaad ad bel
landū ire debemus. an
quiescere? At illi. Ascendite
inquiunt: et tradet deus in
manu regis. Dixitque io
saphat. Numquid nō est
hic propheta dn̄i: ut ab
illo etiā requiramus? Et
ait rex israel ad iosaphat.
Est vir vnus a quo pos
sumus querere dn̄i volun
tatem: sed ego odi eū:
quia nō prophetat michi
bonū sed malū omni tem
pore. Est autē mycheas
filius iembla. Dixitque ei
iosaphat. Ne loquaris
rex hoc modo. Vocavit
ergo rex isrl' vnū de eu
nuchis: et dixit ei. Voca
cito mycheam filiū iem
bla. Porro rex israel et io
saphat rex iuda. vterque se
debant in solio suo: vesti
ti cultu regio. Sedebant
autē in area iuxta portā
samarie: omnesque prophete
vaticinabantur corā eis.
Sedechias vero filius cha
nana fecit sibi cornua
ferrea: et ait. Hec dicit

dn̄s. His ventilabis syri
am: donec cōteras eam.
Omnes q̄ ꝓphete similiter
ꝓphetabant atq̄ dicebāt.
Ascende in ramoth gala
ad et ꝓsperabis: et tradet
eos dn̄s in manu regis.
Nuncius aūt qui ierat ad
vocandū mycheam ait
illi. En verba omniū ꝓ
phetarū vno ore bona ā
nunciant regi. Queso er
go te ut sermo tu' ab eis nō
dissentiat: loquaris q̄
ꝓspera. Cui respōdit my
cheas. Viuit dn̄s: quia
quodcūq̄ dixerit dn̄s me
us hoc loquar. Venit er
go ad regem. Cui rex ait.
Mychea. ire debemus in
ramoth galaad ad bel
landū an quiescere? Cui
ille respondit. Ascendite.
Cuncta eā ꝓspera eueni
ent: et tradent hostes in
in manus vr̄as. Dixitq̄
rex. Iterū atq̄ iterū te ad
iuro: ut nō loquaris mi
chi quod verū est in no
mine dn̄i. At ille ait. Vi
di vniuersū israel dispsū
in montibz: sicut oues
absq̄ pastore. Et dixit do
minus. Non habent isti
dn̄os. Reuertat̄ vnusq̄sq̄
ad domū suā in pace. Et
ait rex isrl' ad iosaphat.
Nōne dixi tibi qd' non ꝓ
phetaret iste michi quic
qūā boni: sed ea que ma
la sūt? At ille. Idcirco ait.
audite verbū dn̄i. Vidi
dn̄m sedentē in solio suo:
et omnē exercitū celi assis
tentē ei a dextris et a sinis
tris. Et dixit dn̄s. Quis
decipiet ahab regē israel
ut ascendat et corruat in
ramoth galaad? Cumq̄
diceret vnus hoc modo.
et alter alio: processit spiri
tus et stetit corā dn̄o et a
it. Ego decipiā eū. Cui do
minus. In quo inquit deci
pies? At ille respondit.
Egrediar: et ero spiritus
mendax in ore omniū ꝓ
phetarū eius. Dixitq̄ do

minus. Decipies: et p̄uale
bis. Egredere: et fac ita.
Nūc igitur ecce dedit dn̄s
spiritū mendacij in ore ō
mniū ꝓphetarū tuorū: et
dn̄s locutus est de te mala.
Accessit autē sedechias filiꝰ
chanane: et percussit my
chee maxillā. et ait. Per
quā viā transivit sp̄us
dn̄i a me ut loqueref tibi?
Dixitq̄ mycheas. Tu ipse
videbis in die illo: quādo
ĩgressus fueris cubiculum
de cubiculo ut abscondaris.
Precepit autē rex isrl' dicēs.
Tollite mycheā. et ducite
eū ad amon principē ciui
tatis et ad ioas filiū ama
lech: et dicetis. Hec dicit rex.
Mittite hūc in carcerē: et
date ei panis modicū. et
aque paullulū. donec rever
tar in pace. Dixitq̄ myche
as. Si reversꝰ fueris ĩ pace:
nō est locutus dn̄s in me.
Et ait. Audite ppli omnes.
Igitur ascenderūt rex isrl'
et iosaphat rex iuda in ra

moth galaad. Dixitq̄ rex
israel ad iosaphat. Mu
tabo habitū: et sic ad pug
nam vadā. Tu autē induē
vestibus tuis. Mutatoq̄
rex isrl' habitu venit ad
bellū. Rex autē syrie p̄cepe
rat ducibus equitatus sui
dicens. Ne pugnetis con
tra minimū aut contra
maximū: nisi cōtra solū
regē isrl'. Itaq̄ cū vidissent
principes equitatus iosa
phat: dixerūt. Rex isrl' est.
Et circūdederūt eū dimicā
tes. At ille clamavit ad
dn̄m et auxiliatus est ei:
atq̄ avertit eos ab illo.
Cū eni vidissent duces e
quitatus qd' nō esset rex is
rael: reliquerūt eū. Accidit
autē ut unus e populo sa
gittā in incertū iaceret: et
percussit regē isrl' inter cervi
cem et scapulas. At ille au
rige suo ait. Cōuerte ma
nū tuā et educ me de acie:
quia vulneratus sū. Et
finita est pugna in die il

lo. Porro rex isrl' stabat in
curru suo contra syros us
q; ad vesperā: et mortuus
est occidente sole. Capl' xix

Reversus est autē
iosaphat rex iu
da in domū suā
pacifice in ihrlm. Cui oc
currit iheu filius anani
videns: et ait ad eū. Impio
prebes auxiliū: et hys q
oderūt dūm amicicia iū
geris. Et idcirco irā qdē dūi
merebaris: sed bona opa
īventa sūt in te: eo quod
abstuleris lucos de terra iu
da. et ꝑparaveris cor tuū
ut requireres dūm deū pa
trū tuorū. Habitavit er
go iosaphat in ihrlm.
Rursūq; egressus est ad
ꝑplm de bersabee usq; ad
montē ephraim: et revo
cavit eos ad dūm deū pa
trū suorū. Cōstituitq; iudi
ces terre in cūctis civitati
bus iuda munitis: per si
gula loca. Et ꝑcipiens
iudicibz: videte ait quid

faciatis. Nō enī hominis ex
ercetis iudiciū sed dūi: et qd
cūq; iudicaveritis in vos
redūdabit. Sit timor dūi
vobiscū: et cū diligencia
cūcta facite. Nō est enī apd
dūm deū nrm iniquitas:
nec ꝑsonarū acceptio. nec
cupido munerū. In ihrlm
quoq; cōstituit iosaphat
levitas et sacerdotes. et prī
cipes familiarū ex israel:
ut iudiciū et causā dūi iu
dicarent habitatoribz eius.
Precepitq; eis dicens. Sic
agetis in timore dūi fide
liter: et corde pfecto. Om
nem causā que venerit
ad vos fratrū vestrorum
qui habitant in urbibus
suis inter cognationē et
cognationē. ubicūq; ques
tio est de lege. de mandato.
de cerimoniis. de iustifica
tionibus. ostendite eis. ut
nō peccent in dūm: et ne
veniat ira sup vos et sup
fratres vros. Sic ergo agē
tes nō peccabitis. Amari

as aūt sacerdos et ponti
fex vester: in hys que ad
deū ptinent p̄sidebit. Por
ro zabadyas filius ysma
hel. qui est dux in domo
iuda: sup ea opera erit q̄
ad regis officiū ptinēt. Ha
betisq3 magistros leuitas
corā vobis. Cōfortamini
et agite diligenter: et erit
dn̄s cum bonis. Capl' xx.

Post hec cōgrega
ti sūt filij moab
et filij āmon. et
cū eis de āmonitis ad io
saphat: ut pugnarent cō
tra eū. Veneruntq3 nūcij: et
īdicauerūt iosaphat dicē
tes. Venit contra te multi
tudo magna de hys locis
que trans mare sūt. et de
syria: et ecce cōsistūt in a
sasonthamar. que est en
gaddi. Josaphat aūt ti
more pterritus. totū se cō
tulit ad rogandū dn̄m:
et p̄dicauit ieiuniū vniu
so iuda. Cōgregatusq3 est
iudas ad precandū dn̄m:

sed et omēs de vrbibz suis
venerūt ad obsecrandū
eū. Cūq3 stetisset iosaphat
ī medio cetu iude et ihrlm ī
domo dn̄i. ante atriū no
uū: ait. Dn̄e deus patrū
nrōz tu es deus in celo: et
dn̄aris cūctis regnis gen
tiū. In manu tua est forti
tudo et potentia: nec q̄sq̄
tibi potest resistē. Nōne
tu deus noster īterfecisti ō
nes habitatores terre huī
corā populo tuo israel.
et dedisti eā semini abra
ham amici tui in sempi
ternū. Habitaueruntq3 ī
ea: et extruxerūt in illa scā
riū nomini tuo dicētes. Si
venerint sup nos mala
gladius iudicij. pestilen
tia. et fames: stabimus
corā domo hac. in cōspec
tu tuo in qua īuocatum
est nomen tuū. et clama
bimus ad te in tribula
tionibus nr̄is: et exaudi
es. saluosq3 facies. Nunc
igitur ecce filij āmon. et

moab. et mons seir. per
quos nō cōcessisti filijs is-
rael ut transirent. quādo
egrediebantur de egipto. sed
declinauerūt ab eis et nō
interfecerūt illos: e cōtrario
agūt: et conantur eicere nos
de possessione quā tradi-
disti nobis deus noster. Er-
go nō iudicabis eos? In
nobis quidē nō tanta est
fortitudo: ut possimus huic
multitudini resistere que
irruit sup nos. Sed cum
ignoremus quid agere de-
beamus: hoc solū habem⁹
residui. ut oculos nrōs
dirigamus ad te. Omnis
vero iuda stabat corā dn̄o:
cū paruulis et vxoribus
et liberis suis. Erat autē
hiazihel filius zacharie
filij banaie filij iehiel. filij
mathanie leuites de filijs
asaph: sup quē factus ē
spiritus dn̄i in medio tur-
be et ait. Attendite omnis
iuda et qui habitatis in
ihrlm: et tu rex iosaphat.

Hec dicit dn̄s vobis. No-
lite timere: nec paueatis
hanc multitudinē. Non
est enī vrā pugna sed dei.
Cras ascendetis contra eos.
Ascensuri enī sūt per cliuū
nomine sis: et inuenietis il-
los in summitate torrentis
qui est contra solitudinē
iheruhel. Nō eritis vos q̄
dimicabitis: sed tantum-
modo cōfidenter state: et
videbitis auxiliū dn̄i sup
vos. O iuda et ihrlm no-
lite timere: nec paueatis.
Cras egrediemini contra eos:
et dn̄s erit vobiscū. Iosa-
phat ergo et iuda et om-
nes habitatores ihrlm.
ceciderūt proni in terram
corā dn̄o: et adorauerūt
eū. Porro leuite de filijs
caath et de filijs chore. lau-
dabant dn̄m deū isrl̄ vo-
ce magna in excelsū. Cū-
qȝ mane surrexissent: egres-
si sūt per desertū thecue.
Profectisqȝ eis: stans iosa-
phat in medio eorū dixit

Audite me iuda: et omnes
habitatores ierusalem. Credite
in domino deo vestro: et securi eri-
tis. Credite prophetis eius: et
cuncta evenient prospera. De-
ditque consilium populo: et
statuit cantores domini ut lau-
darent eum in turmis suis.
et antecederent exercitum: ac
voce consona dicerent. Con-
fitemini domino: quoniam in eter-
num misericordia eius. Cumque ce-
pissent laudes canere: ver-
tit dominus insidias eorum in se-
metipsos. filiorum scilicet am-
mon et moab. et montis
seir qui egressi fuerant pug-
nare contra iudam: et percus-
si sunt. Namque filii ammon
et moab consurrexerunt ad-
versum habitatores montis
seir: ut interficerent et dele-
rent eos. Cumque hoc perpetras-
sent: etiam in semetipsos
versi mutuis conciderunt vul-
neribus. Porro iudas cum
venisset ad speluncam que
respicit solitudinem: vidit
procul omnem late regionem
plenam cadaveribus: nec su-
peresse quemquam qui necem
potuisset evadere. Venit
ergo iosaphat et omnis po-
pulus cum eo. ad detrahen-
da spolia mortuorum: inve-
neruntque inter cadavera va-
riam supellectilem. vestes
quoque et vasa preciosissima:
et diripuerunt. ita ut om-
nia portare non possent.
nec per tres dies spolia
auferre pre prede magni-
tudine. Die autem quarto:
congregati sunt in valle be-
nedictionis. Etenim quo-
niam ibi benedixerunt domino:
vocaverunt locum illum vallem
benedictionis usque in pre-
sentem diem. Reversusque est
omnis vir iuda et habita-
tores ierusalem. et iosaphat
ante eos in ierusalem cum leti-
cia magna: eo quod dedis-
set eis dominus gaudium de ini-
micis suis. Ingressique sunt
in ierusalem cum psalteriis et
citharis et tubis in do-
mum domini. Irruit autem pa-

uor dñi sup vniuersa reg-
na terrarũ: cũ audissent
qđ pugnasset dñs cõtra
inimicos israel. Quieuitq;
regnũ iosaphat: et prebu-
it ei dñs pacẽ per circuitũ.
Regnauit igitur iosaphat
sup iudã: et erat triginta
quinq; annorũ cũ regna-
re cepisset. Viginti autẽ
et quinq; ãnis regnauit ĩ
ihrlm: et nomẽ matris
eius azuba filia selachi.
Et ãbulauit in via pa-
tris sui asa. nec declina-
uit ab ea: faciens q̃ pla-
cita erant corã dño. Ve-
rũptamen excelsa non
abstulit: et adhuc pplus
nõ direxerat cor suũ ad
dñm deũ patrũ suorum.
Reliqua autẽ gestorũ io-
saphat priorũ et nouissi-
morũ scripta sũt ĩ libris
iheu filij anani: que di-
gessit in libro regũ isrl.
Post hec iniit amicicias
iosaphat rex iude cum
ochozia rege israel. cuius
opera fuerũt pessima: et
particeps fuit ut facerent
naues que irent in thar-
sis. Feceruntq; classem in asy-
ongaber. Prophetauit autẽ
eliezer filius dodau de ma-
resa ad iosaphat dicens.
Quia habuisti fedus cũ
ochozia: percussit dñs opa
tua. Cõtriteq; sũt naues:
nec potuerũt ire ĩ tharsis.

D Ormiui Capitulum xxi.
uit autẽ iosaphat
cũ patribz suis:
et sepultus est cũ eis in ci-
uitate dauid: regnauitq;
ioram filius eius pro eo.
Qui habuit fratres filios
iosaphat: azariã iahihel
et zachariã. et azariã. et
mychael. et saphatiã. Om-
nes hij filij iosaphat regis
iuda. Deditq; eis pater su-
us multa munera argẽ-
ti et auri: et peusationes
cũ ciuitatibus munitissi-
mis in iuda. Regnũ autẽ
tradidit ioram: eo qđ es-
set primogenitus. Surrex-

it aūt ioram sup regnū
patris sui. Cūq; se confir
masset. occidit omēs fra
tres suos gladio: et quos
dā de principibȝ isrl'. Tri
gintaduorū annorū erat
ioram cū regnare cepisset:
et octo ānis regnauit in
ihrlm: āmbulauitq; in vi
is regū israel. sicut egerat
domus ahab. Filia quip
pe ahab erat vxor eius:
et fecit malū in cōspectu
dñi. Noluit aūt dñs dis
perdere domū dauid ꝓpt
pactū quod īierat cū eo:
et quia ꝓmiserat ut da
ret illi lucernā et filijs eius
in omī tēpore. In diebus
illis rebellauit edō ne eēt
subditus iude: et cōstitu
it sibi regē. Cūq; transis
set ioram cū principibȝ
suis et cūcto equitatu qui
erat secū: surrexit nocte
et ꝑcussit edom. qui se
circūdederat et omēs du
ces equitatus eius. Atta
men rebellauit edom: ne
esset sub ditione iuda vs
q; ad hanc diem. Eo tem
pore et lobna recessit: ne
esset sub manu illius.
Dereliquerat enī dñm deū
patrū suorū. Insup et ex
celsa fabricatus est in ur
bibus iuda: et fornicari
fecit habitatores ihrlm
et ꝑuaricari iudā. Allate
sūt aūt ei littere ab helya
ꝓpheta: in quibus scrip
tum erat. Hec dicit dñs
deus dauid patris tui. Quo
niā non āmbulasti in vijs
iosaphat patris tui et in
via asa regis iuda. sed in
cessisti per iter regū israel.
et fornicari fecisti iudā et
habitatores ihrlm. imi
tatus fornicationē domus
ahab. īsuper et fratres
tuos domū patris tui
meliores te occidisti: ecce
dñs percutiet te plaga mag
na cū populo tuo et fili
is et vxoribus tuis. vniuer
saq; substantia tua. Tu
vero egrotabis pessimo

languore uteri: donec egre
diantur uitalia tua paula
tim per dies singulos. Sus
citauit ergo dn̄s contra io
ram spiritū philistinorū
et arabū: qui cōfines sūt
ethiopibus. Et ascenderūt
in terrā iuda et uastaue
runt eam: diripueruntq; cūc
tam substanciā que inuen
ta est in domo regis. īsup
et filios eius et uxores: nec
remansit ei filius nisi io
acha qui minimus natu e
rat. Et sup hec omnia: per
cussit eū dn̄s alui lāguo
re insanabili. Cūq; diei
succederet dies et tēporū
spacia uoluerentur: duorū
ānorū expletus est circul?
et sic longa consūptus ē
tabe ita ut egereret etiā
uiscera sua. languore pa
riter et uita caruit. Mor
tuus q; est ī infirmitate pes
sima: et nō fecit ei pplus
sdm morē cōbustionis
exequias sicut fecerāt ma
ioribus eius. Triginta du
orū annorū fuit cū reg
nare cepisset: et octo an
nis regnauit in ihr̄lm: ā
bulauit nō recte. Et sepe
lierūt eū in ciuitate da
uid: uerūptamen non in
sepulchro regū. Capitulum xxii

Constituerunt aūt
habitatores ihe
rusalem ochoziā
filiū eius minimū regem
pro eo. Omēs enī maio
res natu qui ante eū fue
rant: īterfecerant latrōes
arabū qui irruerant in
castra. Regnauitq; ocho
zias filius ioram regis
iudā. Quadraginta du
orū annorū erat ochozi
as cū regnare cepisset: et
uno anno regnauit in
ihr̄lm. Nomē matris eius
otholia filia amri: sed et
ipse īgressus est per uiam
domus ahab. Mater enī
eius impulit eū: ut impie
ageret. Fecit igitur malū
in cōspectu dn̄i: sicut do
mus ahab. Ipsi enī fuerūt

ei cōsiliarii post mortē pa-
tris sui in interitū eius.
Ambulauitq; in cōsiliis
eorū: et perexit cū ioram
filio ahab regis isrl' i bel
lū. contra azahel regem
syrie in ramoth galaad
Vulneraueruntq; syri iorā.
Qui reuersus est ut cura-
retur in iezrahel. Multas
eū plagas acceperat in
supradicto certamīe. Igit'
ochozias filius iorā rex
iuda: descendit ut inuiseret
iorā filiū ahab in iezra
hel egrotantē. Voluntatis
quippe fuit dei aduersum
ochoziam: ut veniret ad io
ram. Et cū venisset egre
deret' cū eo aduersus ihew
filiū namsi: quē unxit
deus ut deleret domū ahab.
Cū ergo euerteret ihew do
mū ahab. inuenit principes
iuda et filios fratrū ocho
zie qui ministrabant ei: et
īterfecit illos. Ipsūq; perqui
rens ochoziā: cōprehendit
latentē in samaria. Ad
ductūq; ad se occidit: et
sepelierunt eū. eo qd' esset fi
lius iosaphat qui quesierat
dūm in toto corde suo.
Nec erat ultra spes aliq̄
ut de stirpe regnaret ocho
zie. Siquidē otholia ma
ter eius videns qd' mortu
us esset filius suus: surrex
it et īterfecit omnē stirpē
regiā domus iorā. Porro
iosabeth filia regis tulit
ioas filiū ochozie: et furta
ta est eū de medio filiorū
regis cū interficerentur:
absconditq; eū cū nutrice
sua in cubiculo lectulorū.
Josabeth aūt que absconde
rat eū erat filia regis io
rā uxor ioiade pontificis
soror ochozie: et idcirco o
tholia nō interfecit eū. Fu
it ergo cū eis in domo dei
absconditus sex annis: qui
bus regnauit otholia su
per terram. Caplm xxiii.
Anno aūt septi
mo cōfortatus
ioiada assumpsit

cẽturiones azariã videlicet
filiũ ieroam et ismahel
filiũ iohãnan. azariam
quoqȝ filiũ obed. et maa
siam filiũ adaie et elysa
phat filiũ zechri: et iniit
cũ eis fedus. Qui circuiẽ
tes iudã congregauerũt
leuitas de cũctis urbibus
iuda et prĩcipes familiarũ
israel: veneruntqȝ in ierlm.
Iniit igitur omnis multitu
do israel pactũ in domo
dñi cũ rege. Dixitqȝ ad eos
ioiada. Ecce filius regis
regnabit: sicut locutus ẽ
dñs sup filios dauid. Iste
est ergo sermo quẽ facietis.
Tercia pars vrm qui veñ
iunt ad sabbatũ sacerdo
tũ. et leuitarũ. et ianitor
erit in portis: tercia vero
pars ad domũ regis: et ter
cia ad portã que apellatur
fundamenti. Omne vero re
liquũ vulgus. sit in atriis
domus dñi. Nec quisqũ
alius ingrediatur domum
dñi: nisi sacerdotes et qui
ministrant de leuitis. Ipsi tã
tũmodo ingrediantur qui sã
ctificati sũt: et omne reliquũ
vulgus obseruet custodias
dñi. Leuite autẽ circũdent
regẽ: habentes singuli ar
ma sua. Et si quis alius
ingressus fuerit templũ in
terficiatur: sintqȝ cũ rege et
intrante et egrediente. Fece
rũt igitur leuite et uniuer
sus iuda: iuxta omnia que
preceperat ioiada pontifex.
Et assũpserũt singuli vi
ros qui sub se erant: et ve
niebant per ordinẽ sabba
ti cũ hys qui iã impleue
rant sabbatũ et egressi e
rant. Siquidẽ ioiada põ
tifex nõ dimiserat abire
turmas: que sibi per singu
las ebdomadas succedere
cõsueuerant. Deditqȝ ioia
da sacerdos cẽturionibus
lanceas clipeosqȝ et peltas
regis dauid: quas cõsecra
uerat in domũ dñi. Cõsti
tuitqȝ omnẽ populũ tenẽ
tiũ pugiones a parte tem

pli dextera. usqz ad partē
templi sinistrā: corā alta
ri et templo per circuitum
regis. Et eduxerūt filiū re
gis. et īposuerūt ei dyade
ma: et dederūtqz ei ī manu
eius tenendā legem: et cō
stituerūt eū regem. Unxit
qz eū ioiada pontifex et fi
lij eius: īprecatiqz sūt at
qz dixerūt. Uiuat rex. Qd
cū audisset otholia vocem
scilicet currentiū atqz lau
dantiū regē: ingressa ē ad
populū in templū dñi.
Cūqz vidisset regē stantē
sup gradū in īroitu. et
principes turmasqz circa
eū omnēqz populū terre
gaudentē atqz clangentē
tubis. et diversi generis
organis concinentē vocem
qz laudantiū: scidit vesti
menta sua et ait. Insidie
insidie. Egressus autē ioia
da pontifex ad cēturiones
et pricipes exercitus: dixit
eis. Educite illā extra sep
ta templi: et īterficiatur
foris gladio. Precepitqz sa
cerdos ne occideretur in domo
dñi. Et īposuerūt cervicibz
eius manus. Cūqz īrasset
portā equorū domus re
gis: īterfecerūt eā ibi. Pe
pigit autē ioiada fedus ī
ter se universūqz populū
et regē: ut esset populus dñi.
Itaqz īgressus est omīs po
pulus domū baal et des
truxit eā: et altaria ac si
mulachra illius cōfrege
rūt. Nathan quoqz sacer
dotem baal interfecerūt an
te aras. Cōstituit autē io
iada ppositos in domo dñi:
et sub manibz sacerdotum
et levitarū quos distribu
it david in domo dñi. ut
offerrent holocausta dño
sicut scriptū est in libro
moysi. in gaudio et cant
cis iuxta dispositionem da
vid. Cōstituit quoqz ianui
tores in portis domus dñi:
ut nō ingrederetur eam imū
dus in omī re. Assūpsitqz
cēturiones et fortissimos

uiros ac principes populi
et omnē vulgus terre. et fece
runt descendere regē de domo
dnī. et itroire per medium
porte superioris in domū
regis: et collocauerūt eum
in solio regali. Letatus qꝫ
est omnis ppłus terre: et urbs
quieuit. Porro otholia i
terfecta est gladio. Cap xx
Septem ānor iiii
erat ioas cū reg
nare cepisset: et
qdraginta ānis regnauit
in ihrlm. Nomē matris eius
sebya de bersabee: fecitqꝫ
quod bonū est corā dño.
cūctis diebus ioiade sacer
dotis. Accepit autē ioas ux
ores duas: de quibus genu
it filios et filias. Post q̄
placuit ioas ut istauraret
domū dnī. Cōgregauitqꝫ
sacerdotes et leuitas: et dix
it eis. Egredimini ad ciuita
tes iuda: et colligite de uni
uerso isrl pecuniā ad sar
tatecta templi dei uri p sin
gulos ānos. Festinato qꝫ

hoc facite. Porro leuite ege
re negligentius. Vocauit
qꝫ rex ioiada prīcipem: et
dixit ei. Quare nō fuit ti
bi cure ut cogeres leuitas
inferre de iuda. et de ihrlm.
pecuniā que cōstituta est
a moyse seruo dnī: ut in
ferret eā omnis multitudo
israel in tabernaculū tes
timonij? Otholia enī im
pijssima et filij eius destrux
erūt domū dei: et de uniuer
sis que sanctificata fuerāt
templo dnī. ornauerat fa
nū baalim. Precepit er
go rex et fecerūt archam:
posueruntqꝫ eā iuxta portā
dnī forinsecus. Et pdica
tū est in iuda et ihrlm ut
deferrent singuli preciū
dño: quod cōstituit moy
ses seruus dei sr oēz isrl in
deserto. Letatiqꝫ sunt cūcti prī
cipes et omnis ppłus: et in
gressi cōtulerūt in archā
dnī atqꝫ miserūt ita ut im
pleretur. Cūqꝫ tēpus esset ut
deferrent archā corā rege

per manus leuitarū. vide
bant eū multā pecuniā:
īgrediebat̄ scriba regis et
quē primus sacerdos cōsti
tuerat: effundebantq̄ pecu
niā que erat in archa. Por
ro archā reportabant ad
locū suū. Sicq̄ faciebāt
per singulos dies. Et con
gregata est īfinita pecu
nia. Quā dederūt rex et io
iada hys qui p̄erant ope
ribus domus dn̄i. At illi
cōducebant ex ea cesores
lapidū et artifices operū
singulorū: ut īstaurarēt
domū dn̄i. Fabros quoq̄
ferri et eris: ut quod cade
ceperat fulciret. Egerūtq̄
hȳ q̄ opabāt īdustrie. et ob
ducebat̄ parietū cicatrix
per manus eorū: ac susci
tauerūt domū dn̄i in sta
tū pristinū. et firme eam
stare fecerūt. Cūq̄ omnes
